



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Militia Immaculatae Conceptionis Virginis Mariae, Contra
Malitiam Originalis Infectionis Peccati**

Alva y Astorga, Pedro de

Lovanij, 1663

R.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13965

gencias dela S.S. Trinidad, ad diem 8. Decembris:
In vigilia purissime Conceptionis & in ipso die indul-
gentia plenaria, &c. Lib. impress. Matriti 1576.
in 8.

QUIDAM Valentinus, edidit Canticum sub
hoc titulo: Cancion à la purissima Conception de san-
tissima Virgen MARIA Madre de Dios y Señora nuestra.
Impress. Hispali 1616. in 4.

QUIDAM de Vergara, Doctor Medicinæ His-
panus, edidit Cantiones pro Immaculata V. Concep-
tione, ut habet Simon Diaz, fol. 94.

QUIDAM de Ximenez, Hisp. Poëta, composuit
Canticum de mysterio Immaculatae Concept. quam
adducit Sanct. Zapata, in lib. de Concept. fol. 108.

QUINTILUS Vannicellus de Lugiano Italus,
in libro inscripto: Templum mysticum MARIE Vir-
ginis, &c. Contemplationem habet circa Altare pri-
vilegium secundum usum Sanctæ Ecclesiæ his
temporibus, in qua videtur loqui de Conceptione Vir-
ginis MARIE. Impress. Romæ 1619. in 4.

Item, in libro dicto: Monilia Beatissima Virginis MARIE, cap. 3. fol. 76. inquit: La prima delle
quali è la Concezione di efa Immaculata Vergine, nel
cui giorno hoggi sancta chiesa particularissima alle-
grezza che ella habbia recebuta si gran gratia da S.
D. M. sopra tutte le altre creature di esser stata per
singularissimo privilegio liberata del peccato originale, &c.
Impress. Romæ 1616.

R.

RABANUS Maurus, Abbas Fuldensis & Ar-
chiepiscopus Moguntinus, Ordinis Sancti Bene-
dicti, in libro de Laudibus Sanctæ Crucis, tomo 1.
in Declaratione figuræ 12. folio 305. inquit: Hoc
autem dicebat de templo corporis sui, quia Do-
minus noster JESUS CHRISTUS de Adam corpus
acepit, non de Adam peccatum traxit: tem-
plum corporeum inde sumpfit, non iniquitatem,
qua de templo pellenda est. Ipsam autem carnem,
quam traxit de Adam (MARIA enim de Adam, &
Dominii caro de MARIA) Judæi crucifixerunt, &
ille resuscitatus erat ipsam carnem triduo &c.
Nota modum loquendi: Christus de Adam car-
nem sumpfit, non peccatum: de Adam autem tra-
xit carnem mediante MARIA; igitur nec ipsa ca-
ro in MARIA traxit peccatum: alias enim frustra-
neum esset illa parenthesis: Dominus sumpfit
carnem de MARIA, MARIA de Adam. Mediante
MARIA corpus accepit Christus; sed corpus, non
peccatum traxit. Igitur hæc causalis necessariò
infertur, quia MARIA non de Adam peccatum tra-
xit. Deinde, si à templo pellenda est iniquitas,
quia caro seu humanitas assumpta fuit templum
Divinitatis; quomodo MARIA a templum utriusque,
humanitatis ac divinitatis, poterat admittere
iniquitatem?

Item, scriptis Martyrologium, quod extat tomo
6. & ad diem octavam Decembris non adducit
fessitudinem Conceptionis, quia tunc non celebra-
batur in Ecclesia; sed habet hęc. Idus Dec. In Ci-
vitate Verona natalis S. Leonis Martyris, quando
aqua fluminis Athenis usque ad superiores fene-
stræ tecti Ecclesiæ illius excreverunt, neque in
cam intrare potuerunt, &c. Hæc Rabanus: & quod
miraculum in die Conceptionis patratum aptius

explicare poterat illius diei sacrum mysterium,
quam hoc? Excreverunt aquæ peccati originalis
usque ad superiores fenestras Sanctorum: sed ob-
stante divinâ omnipotentiâ, Ecclesiam seu Tem-
plum Marianum intrare non potuerunt.

Item, tomo 2. lib. 1. Enarrationum in Genesim
cap. 18. fol. 22. de Beatissima Virgine intelligit
& explicat illud: Inimicis as ponam inter te & mulie-
rem; ipsa conteret caput tuum. Quod pro hoc mysterio
signum protestativum est.

Item, tomo 3. folio 321. explicans Canticum MA-
RIÆ Matris Domini, ad illud t. Magnificat anima
mea Dominum, inquit: Tanto me Dominus tam-
que inaudito munere sublimavit, quod non ullo
lingue officio explicari, sed ipso vix intimo pe-
ctoris affectu valeat comprehendendi; & ideo totas
animi vires in agendis gratiarum laudibus offero:
totum in implenda magnitudine ejus, cui non est
finis, quidquid vivo, sentio, discerno, gratulan-
ter impendo: quia & ejusdem Jesu, id est saluta-
ris spiritus meus æterna divinitate latetur, eni-
mea caro temporali Conceptione latetur. Cui simile est
illud Psalmista, &c. Cujus humilitas respicitur, verè
beata ab omnibus cognominanda gratulatur; sicut è
contrario cuius superbia despœcta condemnatur,
Evæ id est, vñ sive calamitatis nomine mulierata
tabescit. Decebat enim, ut sicut per superbiam pri-
mæ nostræ parentis mors in mundum intravit; ita
per humilitatem MARIE vita introitus pande-
retur &c. Hæc Rabanus. Et relictis illis verbis: Quod
Virgo fuit inaudito munere sublimata, quia in-
telligi possunt de Conceptione activa melius, quam
de passiva; noto illud: Cujus mea caro temporali
Conceptione latetur. Cujus est hæc temporali
Conceptio? an Christi? an MARIE? Ego dicarem,
quod utramque connotet, & respiciat: nam hic
inducitur, quod Jesus æterna divinitate latet-
tur, & quod MARIA temporali Conceptione latet-
tur. Utriusque est latitia; ergo & utriusque est
Conceptio. Dices, sic est; sed in MARIA est activa,
& in Christo passiva; & latitia illa provenit ex eo,
quod Jesus temporali generatione sumpfit car-
nem Virginis. Optimè; sed perpende verba se-
quentia: Condemnatur Evæ, id est, vñ sive cala-
mitatis; quæ absque dubio de calamitate peccati
originalis loquuntur. Ideo ergo latetur MARIA in
Salutari suo, quia ab illo vñ tristitia & calamitatis
liberavit animam eius. Et infra inquit: Fecit mihi magna,
quia in me carnem assumpsit, & à pec-
catis mundavit &c.

Item, tomo 5. fol. 596. sermone de Natali Sanctæ MARIE, ait: Ave inquit Angelus ad eam,
gratia plena, Dominus tecum. Tecum Dominus in
corde, tecum in utero, tecum in auxilio. Gratulare
Beata Virgo, Christus Rex è celo suo in utero tuo,
& ideo benedicta eris tu inter mulieres &c.
Interrogo, quomodo fuit Dominus in corde MA-
RIÆ? per gratiam. Et quomodo fuit Dominus cum
MARIA in utero? per Incarnationem. Optimè res-
ponsum; sed quando fuit Dominus cum MARIA
in ventre & in auxilio? Vel hæc verba redundant
tamquam superflue dicta à Rabano, quod non est
dicendum; vel aliquam excellentiam exprimit
in MARIA. Jam dixerat, quod Dominus in corde
MARIE per gratiam in utero, per assumptionem
humanitatis; restat, ut illud in ventre & in auxi-
lio intelligatur & explicetur de Conceptione
Virginea, quando in ventre matris sive Annæ
auxilio

Ppp

auxilio speciali est præventa & præservata à peccati originalis labo.

Item, Sermone 1. de Assumptione, fol. 596. littera H. inquit: *Filium genuit, Virgo est, Mater Immaculata, Mater incorrupta, Mater intacta, Mater unigeniti Domini, &c.* Hujus itaque unigeniti Dei dicitur hæc Mater Virgo MARIA, digna digni, *Immaculata sancti, una unius, unica unici, &c.* Ista ex se patent: nam si Immaculata, ergo ablique macula.

Item, Sermone 2. de Assumptione, pagina 734 loquens de Nativitate Christi, inquit: *Quia quasi sol oriens, nitidus ab omni pollutionis sorde, processit ex utero Virginis Matri.* Fœlix certè & omni laude dignissima, quæ de cœlo suscepit prolem, & mundo genuit Salvatorem, &c. Nota breviter illud: *Processit ex utero Virginis Matri;* processit Christus ex utero Matri, nitidus & ablique pollutionis sorde. Hæc est integra & perfecta oratio, &c. Extant hæc Rabani Opera impress. Colonia Agrippinae 1626. in folio magno.

RADULPHUS de Rivo, Decanus Angrensis, in Gestis Pontificum Leodiensium, cap. 3. ad annum 1350. hæc habet: *Eodem quoque tempore Monachus quidam Paulus, cum Cracoviæ in sacra ad populum Concione ausus fuisset dicere Deiparam Virginem conceptam fuisse in peccato originali, subito expiravitque res alijs multis eadem in materia disputationibus gravem incuslit metum.* Lib. impress. Leodij, anno 1616. in 4.

Item, de hoc Auct. ait Scultingius in Biblioth. Ecclesiastica, tom. 2. fol. 45. Radulphus Rivius, qui obiit, anno D. 1403. tertio Nonas Novembris, in Kalendario suo generali sic loquitur: *Hodie ubique Conceptio Virginis gloriæ, &c.*

RAMONIUS Vivat, Poëta Valentinus, scripsit Carmina pro immunitate Virginis à peccato originali, ut videre est apud Ferrand. Diaz in Certamine edito, anno 1586.

RAPHAEL Aversa à Sancto Severino, Clericus Regularis Minor, Præpositus Generalis, ad 1. 2. quæst. 81. sect. 4. hoc titulo: *Vtrum in omnes homines traducatur originale peccatum?* eximit Beatam Virginem à peccato originali. Impr. Romæ 1635. in 4. regali.

Item, de Conceptione prorsus sancta, atque intaminata Virginis MARIE Tractatum unum. Ex Marraccio.

RAPHAEL Bonellus, Archiepiscopus Ragusinus Italus, in 1. parte Sermonum, sermone de Assumptione Beate MARIE Virginis, fol. 164. Quod Deipara non est nata sicut nos omnes obligati ad legem peccati, sed immunis & exempta à tali lege, &c. Et infra: *Quod in anima non fuit V. MARIA maculata à peccato primi Parentis,* &c. Et folio 172. Nos autem bene scimus, quod ipsa incedebat vestibus albis, quia erat tota innocens, nec fuit in ipsa diligando macula nisi peccati, vel originalis, vel morganalis, vel venialis, &c. Lib. impress. Venetijs 1587. in 4.

Item, cum esset Presbyter Barolitanus, scripsit Meditationes in Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, & in Symbolum Apostolorum. Et ad illa verba: *Ave MARIA, inquit: Ave sine peccato, Ave sine culpa, Ave sine peccato vivens,* &c. & ad illud: *Benedicta tu in mulieribus, quia tu sola inter ipsas sine originali macula in mundo apparisti,* &c. Vide alia ibi. Lib. impress. Romæ 1582. in 8.

RAPHAEL del la Columbe, Ordinis Prædicatorum Italus, in libro: *Duplicato Anuento di prediche, nella solennità della Conceptione della Immaculata,*

& Beatisima Vergine, folio 358. adducit Sermonem in quo plura de ejus puritate & munditia, usque fol. 370. Lib. impress. Florentia 1627. in 4. & 1619.

RAPHAEL de la Fonte, Ordinis Minorum Italus, in libro: *Ritrato dell' indulgenze gratia stationi, è celesti tefori concessi de la santità de Sixto V. alle Confraternita del Cordone del Seraphico Padre San Francifero, &c.* fol. 158. agit de Indulgentiis in die Conceptionis Beatisima Virginis MARIE. Lib. impress. Florentia 1598. in 12. regali.

RAPHAEL Geraldus, Tarraconensis Doctor Hispanus, quæsivit & typis mandavit Librum de Conceptione Virginis MARIE editum ab Illuminato Doctore Raymundo Lullio, ut ipse affirmat in Dedicatione his verbis: *Cum his superioribus, Christianissime Comes, Virginisque Immaculata cultor eximie, Vercentius Guell. vir quidem non minus doctus quam virtuosus occurreret, me certiore reddens se una cum nonnullis bonarum artium Professoribus per omnes ferè Urbis Biblioth. quæsisse libellum hunc de Conceptu Virginis ab Illuminato Doctore Raymundo Lullio arte mirifica contextum, in quo quidem rationibus necessarij argumentationibusque veris, Virginem gloriosam, omnipotentemque Dei Matrem purissimam sine aliqua originali peccati labo conceptam esse, non minus bellè, quam nitidissime claret; ipsumque nullatenus adinvenire testetur;* & cum hæc omnia ipse, & alia plura de valore libri in laudem approbationemque integratissimæ summi Christi Genitricis audierim, illico ipsum eti laborare non parvo habere conatus sum. Habit tandem, perlegi, &c. Impress. Valentia 1518. in 4. Sed si conjecturis, immò rationibus fortissimis standum sit, liber iste non fuit Raymundi Lullij Majoricensis dicti; sed alterius cuiusdam Raymundi Cenitellis Aragonen. ut suis locis notatum manet. Vide ibi.

R. Maufredus, Presbyter sacerdotalis & Rector S. Crucis Papien, in libro Conceptuum Theologorum super Hymnu Virginis Matri Dei: *Ave maris stella, traducto Gallicè à Fratre N. dela Rue Ordinis Minorum Constantiensis, folio 17.* Quod talis fuit B. Virgo, ut numquam maculata fuerit aliqua culpa &c. Et folio 15. de ejus miraculosa Conceptione, & quomodo fuerit imperata orationibus. Lib. impress. Parisijs 1614. in 8.

R. P. P. D. L. M. D. D. sub his litteris, scriptis Librum Gallicè: *La connoissance & l' amour de la sacrée Vierge, & tom. 2. cap. 11. fol. 50.* Quod corpus Virginis fuit extractum ex massa nostrorum primorum parentum; ubi de ejus exemptione à peccato. Item, folio 56. cap. 12. *Quod Conceptio Virginis sacra est tota pulchra & Immaculata, latè.* Lib. impress. Parisijs 1655. in 4.

RAPHAEL Peragallus Italus, edidit Sermones R. P. Michaëlis de Carchano Mediolanensis Ordinis Minorum, de Commendatione virtutum & reprobatione vitorum, in quibus serm. 69. in Sabato seu solemnitate Annuntiationis tuerit immunitatem Virginis MARIE à peccato originali, ut videre est in lib. impress. Mediolani an. 1495. in 4.

RAPHAEL Raftellius, Clericus Regularis Italus, agit in lib. de Censuris in genere, & specie &c. folio 194. de Excommunicatione contra affiantes, peccare tenentes Beatissimam Dei Matrem esse conceptam sine vel cum peccato originali &c. Lib. impress. Romæ 1610.

RAPHAEL Riaci, Sayonensis Liguri, & S. R. E. Cardinalis, cum esset summus Pontificis Camerarius

arius, transtulit imaginem *Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE* ex Ecclesia destruta prope platem Campi Flore ad Ecclesiam S. Laurentij in Damaso, ubi nunc magna venerazione colitur. Ita Hippolytus Marraccius in Purpur. Marian. fol. 386. & ego hoc ipsum legi in monumentis prædictarum Archiconfraternitatis Romæ, & in constitutionibus ejusdem Confraternitatis.

RAPHAEL Zavennonius, Poëta antiquus, Carmina ad Beatissimam Virginem sic incipit:

Sit benedicta dies, quâ te, Regina Polorum,

Anna parit nobis, sit benedicta dies.

Sit benedicta dies, quâ tu Virguncula Christum

Concipi es celo, sit benedicta dies.

Extant cum Opusculis aliorū Poëtarum in lib. impress. Venetijs 1501. in 4. Sed fortè dices, quod hic loquatur Poëta de die Nativitatis, non autem de die Conceptionis, ut videntur sonare verba Sed absit talis intelligentia: alias non fuisse benedicta dies, quâ fuit sanctificata in utero: nec dies illi, qui fluxerunt à puncto sanctificationis, sed sola illa & singularis dies Nativitatis; quod vel cogitare est absurdum. Supposito igitur quod auctoritas ista non possit intelligi de sola die Nativitatis ex utero restat ut intelligatur de die Nativitatis in utero. Præterea aliud est Annam parere filiam sibi, aliud parere nobis. Nobis Anna peperit MARIAM quâdo in nostra natura humana lucem vidit animationis in utero: sibi vero Anna peperit MARIAM, quando persona illius naturæ lucem vidit materialem. Cùm ergo dicat Poëta: Beata dies, in qua Anna peperit nobis filiam, secundum hanc interpretationem loqui videtur de Conceptione, non de Nativitate tantum. Revoca in memoriam illud Isaiae 66. ver. 7. Antequam parturivit, peperit: antequam veniret partus eius, peperit malulum.

RAUL de Montfiquet Gallus, in Expositione salutationis Angelicæ Gallico idiomate facta: *Quod Virgo MARIA fuit concepta & preservata à primâ maledictione, nempe peccato originali; & ita nec habuit peccatum originale nec actuale.* Est manusc. in Bibliotheca D.D. Cancellarij Parisien. antiquis characteribus & in charta pellicea in 4.

RAYMONDUS Carronus, Ordinis Minorum Hybernius & Theologus, sustinuit ac defendit *Virginem MARIAM suisse præservatam à peccato originali.* Vide Hondeghen in suo libro de Conceptione. RAYMONDUS Centillus vel Centelles, Aragonensis & Canonicus Hispanus, scriptis Librum de Conceptione Virginis MARIE secundum aliquos Auctores, & judico esse librum illum, qui sub nomine Raymundi Lullij prodit Valentia an. 1618. in 4. cura & studio Raphaelis Geraldii Tarragonensis, sub hoc tit: Liber de Cōceptu Virgiliali, in quo ipsam Dei Matrem purissimam sine aliqua originali peccati labe esse conceptam rationibus necessariis patet, &c. quia præterquam quod liber iste non possit esse Raymundi Lullij, ut ibi latè dicam: in prima pagina extant hæc Carmina:

*En ego Centillus sentum pro Virgine præsto,
Contra hostes præsto bella parare suos.*

Exstat lib. impress. ut supra cum imagine Immaculatae Conceptionis. Liber iste pro Immaculata Conceptione inter sæcularem Canonicum & Jacobitam id est Dominicanum (sicut enim vocant in Gallia Patres Ordinis Prædicatorum) extat etiā in Bibliotheca Regia Scoriali: 11. lit. G. num. 6. inter manuscriptos, sub nomine cuiusdam Raymundi

Astruch de Cortyelles Avinione, mense ante dictum annum 1305. Hic siquidem Raymundus tunc erat Can. Vic. & ibi in bono dies suos finivit extremos, cuius anima requiescat in pace. Hæc verba extant in illo manuscripto. Et Opus incipit: *Determinatio, quod Virgo MARIA in peccato originali non fuit concepta.* Jesu Christe gloriole, in quo universi creati nobilitez &c. Liber est idem cum illo adscriptio Raymundo Lullio, de quo statim: sed quomodo iste fuerit compositus anno 1305. mili non constat; ego vero credo librum scriptum esse anno 1395. nam circa illum annum Rex Aragonie fecit decretum pro Immaculata Virginis Conceptione.

RAYMONDUS Lullius, Eremita tertij Ord. S.P.N. Francisci ac Martyr, dicit. Illuminatus Hispanus, in libro de Laudibus Beatissimæ Virginis MARIE, qui etiam Ars intentionum appellatur, & extat cum libellis de Natali pueri parvuli, de Clerico & de Phantastico, à Jacobo Fabro Stapulensi typis madatis, cap. 11. de Gratia Virginis MARIE, folio 21. à tergo inquit: Tu Domina es gratiæ plena, & via recreationis, Filia Dei altissimi. *Vtique tu magis gratiosa à Deo creari nō potuisti: nā sic eū te excellentissima & nobilissima filiam creare oportuit, ut posses ejus esse Mater &c.* Tu ergo pretiosissima creata es adeo nobilis, & adeo excellentissima filia, sicut à Deo creari potuisti; & sicut velle habuit fieri Pater tuus. Quare Paternitas ejus & tua filiatio ad invicem correspondent bonitate, magnitudine, nobilitate, virtute, &c. Hæc verba non possunt stare cum originali peccato.

Item, cap. 12. de sanctitate Virginis MARIE inquit: Naturaliter aurum in igne purificatur, cùm aurum possum fuit in fornace, multiplicant illud ignis, & expurgat ab omni eo, quod non est de essentia & natura auri; ita quod aurum purum & mundum efficiatur in se ipso; & sic melioratur, & in sua puritate cognoscitur. Simili modo & multò melius id etiam habet esse de Beata Virg. Dei Genitrix, quæ mundior & purior est sanctitate, quam aurum ita puritate: mundatur enim & purificatur ipsa amore gloriæ Filii sui, qui adeo vehementer amat eam in bonitate, magnitudine, perseverantia & reliquis, ut ea faciat existere totam sanctam, puram, claram & mundam: ita ut in ea non sit nisi sanctitas, puritas, amabilitas, & bonitas; duo tamen etiam ista esse oportet, ut ejus amabilitas maxima amabilitati maximæ Filii sui quæ amati corresponeat. Nix pura est albedine, quoniام tota est albajita Beatissima Virgo Mater pura est sanctitate & bonitate, quoniام tota sancta, & tota bona. Chrystallus tota pura est claritate, quoniام nulla umbra, nulla fusca est in ea: sic multò melius Beatissima Virgo MARIA magnitudine clara splendor, clara sine corruptione & sine macula sua magnitudinis & bonitatis. Sol purus est in luciditate sua, quoniام totus est lucidus per naturam: sic & multò melius Beatissima Virgo MARIA tota fulgida resplendet sanctitate, puritate & perseverantia, &c. Vide alia quæ sequuntur: nam omnia excludent à Virgine MARIA umbras peccati.

Item, cap. 23. fol. 41. inquit: In figura quidem hujus Operis immensi habuit ipsa Virgo Dei Genitrix sufficientiam, cùm recepit Filium Dei, ita ut omnium fuerit plenissimè contenta, adeo ut ipsa nec in se, nec in re alia habuerit bonitatis, magnitudinis & potestatis defestum, &c. Lib. impress. Parisijs, anno

1499. in folios sed editus à Raymundo, ut ibidem dicitur, anno 1311.

Item, Libri sub hoc titulo: *Liber de Conceptu Virginali, in quo ipsam Dei Matrem purissimam sine aliqua originali peccati labe esse conceptam, rationibus necessarijs patet, &c.* Habet in principio imaginem Immaculatæ Conceptionis cum omnibus attributis, ut cōmūniter depingi solet, cum hac inscriptione: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Atq; etiam illa: *Nondum erant abyssi, & ego jam concepta eram.* Hunc librum, ut ex prefatione constat, typis mandavit & edi curavit Valentia anno 1518. in 4. Raphaël Geraldus Tarraconensis, & D. D. Olivæ Comiti Seraphino Centillis dicavit. Prodijt sub hoc titulo: *Ad laudem & honorem interemerat Virginis MARIE, liber de ejus Conceptu ab öni labe originali immuni, ab egregio viro Magistro Raymundo Lull. Doctore Illuminato compilatus (qui pro fide Cathol. lapidum iſtib⁹ occubuit apud Tunicem Civitatem Agarenorum) fidelissime, &c.* Exstat lib. impressi. His palii impensis Religiosi viri Fratris Martini Almodovar Militia de Calatrava, opera vero & ingenio Magistri Pauli de Colonia & sociorum ejus Alemannorum 11. die Martij anno ab Incarnatione Domini 1491. in 4. Sed quia aliqua sunt in hoc libro, ex quibus non absque maximo fundamento dubitari potest, an prædictus liber fuerit Raymundi Lullij, vel alterius, visum fuit hæc ex ejus Prologo ad litteram transcribere. Preliminaris titulus sic se habet: *Iesu Christe gloriose, in quo universi creati nobilitas ac perfectio perficiunt unitas; ut laudibus & honore Matris tuæ Conceptus valeat à tuis fidelibus venerari (qua quidem protuī sacratissima Incarnatione præordinata exitit antequam Adam creases) placet tibi benigne Salvator illuminare indignum famulum tuum, ut te amando & diligendo disputationem incipiat sacerdotalis & Iacobita. De Prologo.* Contigit, quod sedens in Choro Fratrum Prædicatorum Aviunione septima mensis Decembri sacerdotalis quidam, & pauper Canonicus, dum Vesperas *Conceptionis Virginis MARIE* Fratres solemniter celebrarent, locutus est euidam Jacobita scientifice sermones amicabiliter consequentes: Venerande Frater, cū omnes sumus concordes Fratres in Christo, omnesque recepimus æquale premium redēptionis generis humani ab utero Virginis Matris MARIE divinitus incarnatum (qua quidem Virgo omnibus peccatoribus advocaram se exhibet, refugiumque omnium sperantium in eandem quæ impetrans gratias, benditiones innumeras, ut præsentare nos possit concorditer coram Dominō Iesu Christo, & sumat nos exutus à culpis nostris, defectibus & miserijs) & cū sic se habeat istud, quare ergo non conatur, ut sumus concordes ad honores, laudes, reverentiasque multimodas ipsi Virgini exhibendas? Nam non videtur, ut concorditer respondeamus de beneficijs quæ quotidie ab ipsa Virgine recipimus, in exhibendas receptantes laudes contrarias veritati; & propter inveteratam diversitatem, quæ de suo sanctissimo Conceptu inter Christi fideles ambigitur. Alij ipsam in peccato originali fore conceptam, minime consentientes seu concedentes. Alij vero affirmantes contrarium in falsitatem persistere est necesse. Dum Iacobita ipsius sacerdotalis percepisset serm. sacerdotalis colloquitur his verbis: *Loquela tua & dispositio faciei te fore oriundum ostendit ac subiectum Regis Ara-*

gonum, qui anno præsenti in civitate Valentia quarta decima Martij inconsultè duetus super hujus questionis materia nimis præsumptuose videtur aberrasse, ex eo quia sine ratione edidit & compulit omnes sibi subiectos cujuscumque conditionis fuerint, tenere & firmiter confiteri Virginem MARIAM sine peccato originali suisse conceptam, certificante, illud fore quæplurimum contrā fas Ecclesiæ Sacrosanctæ. Secularis vero audiens suum Regem sic enormiter blasphematum, commotus contra Iacobitam, &c. Hucusque ex Prologo libri. Ex quibus & alijs in prædicto Tractatu relatis constat, quod Attoctor fuit quidam sacerdotalis & pauper Canonicus Aragonensis, & quod potissima occasio compaginandi illum, fuit quoddam decretum Regis Aragonum editum Valentia die 14. Martij. Decretum Regis Aragonum & Valentia expeditum, nullum aliud invenio, nisi editum à Ioanne primo Aragonum Rege pro Immaculata Conceptione Virginis, expeditum Valentia, non die 14. Martij ut hic dicitur, sed secunda Februarij, anno à Nativitate Domini 1394. ut suo loco dixi. Quomodo igitur Opus hoc seu Liber poret esse Raymundi Lullij, qui floruit ad annum 1308 tempore Scotti? Etsi nostris Annalib, credendum erit, mortuus seu martyrizatus fuit anno 1315. etenim ab hoc anno mortis suæ, usque ad promulgationem Decreti fluorunt anni 79. Igitur liber iste non potuit esse Raymundi Lullij, sed alterius recentioris. Dices, quod hoc decretum, cuius in hoc libro fit mentio, est forte aliud expeditum ab aliquo Aragonum Rege antiquiore Ioanne primo factum die 14. Martij, nam illud Ioannis constat fuisse expeditum die secunda Februarij. Hoc quidem potuit esse, & cederet in magnam gloriam mysterij Conceptionis: sed contra est, quod talis decreti nullum inveniatur vestigium seu notitia, & Conceptionis controversia vixdum erat exorta, nec quidem inter Scholasticos: fuit enim illius antesignanus Ioannes Duns Scotus, qui ad annum 1308. vixit. Quomodo igitur emanare poterat tale decretum in Regno Aragonum? Adde, quod in catalogo librorum, seu operum Raymundi Lullij edito à D. Proaza & iterum à P. Luca Waddingo, vel illo quem nos habemus extracēum è Bibliotheca Regia S. Laurentij Scorialis longè pleniorē, de hoc tractatu seu libro Conceptionis nulla fiat mentio. Atq; sic existimo, quod istud sit Opus cuiusdam Raymundi Centillis Aragonensis, ut suo loco dixi. Vide ibi, & verb. Raphaël Geraldus.

Item, in 3. lib. Sent. dist. 3. (cuius principium est: Deus, qui es summus in omnibus bonis, ad tuam laudem & honorem incipit disputatione Raymundi & Eremitæ super aliquibus dubijs questionibus Sententiarum Magistri Petri Lombardi. Opus vero incipit: Raymundus Parisius studens, statimque mundi hujus perversum considerans, multum docuit, potissimum quod per artem generalem quam sibi Dominus Deus pro seculi hujus tenebris illustrans contulerat, &c. 3.) in quest. Vtrum Beata Virgo contraxerit originale? sic ait inter alia: *Concluditur ergo, quod B. Virgo non contraxit peccatum originale, in modo sanctificata fuit in ipso semine, de quo fuit à suis parentibus genita.* &c. Exstat manusc. in Bibliotheca S. Ildephonsi Compluti in 4. & impress. Parisijs à Thoma Atrebateni anno 1607. in 4. compilatus vero, ut ibidem dicitur, an. 1290. die 9. mensis Iulij.

RAYMUN-

R A Y M U N D U S Paschalius, Ordinis Prædicatorum, in præclarissimis Commentarijs in Epistolam Beati Pauli ad Romanos, cap. 1. folio 94. ad illa verba: Per quem accepimus gratiam & Apostolatum, inquit: Et hæc est D. Thomæ sententia in 3. part. & hinc colligere licet, quod cum Virgo MARIA adscita & electa, immo præelecta fuerit ad tantum munus, quale est esse Filij Dei naturalis veram & propriam Matrem, consequens est & rationi contentaneum, omnia gratiarum genera (quarum ipsa capax esse poterat) fuisse ei collata, non tamen æquando eam suo unigenito Filio Christo, cui non ad mensuram data est gratia. Et ex hoc quoque (tametsi Scriptura taceat) valde credibile est, *MARIAM Dei Matrē ab omni labore peccati semper immunem*. Talis enim sanctitas gradus & puritatis & Filium & Matrem maximè debeat, licet dispare modo illum gratiæ gradum ambo consecuti fuerint: alter scilicet per naturam, altera vero per gratiam tantum donum habet &c. Item, cap. 3. folio 243. ad illud: Non est qui faciat bonum, &c. inter alias ait: Quomodo facere poterant bona opera, cum sint inutiles? nam si facerent bona opera, iam non essent inutiles: & ideo optimè Paulus colligit non esse qui faciat bonum præter unum, nimurum IESUM Christum, qui ut bonus est per essentiam, sic solus faciet opera bona & perfecta. Sub IESV Christo MARIE Filio Matrem intelligere non inepit possumus, tametsi, non æqua lance. Illa quidem ex privilegio, hic autem ex iure suo &c. Item, cap. 5. folio 331. ad illa verba: Erat in omnes homines mors pertransiit, inquit: Præservare aliquem à macula originali, non est destruere illius naturam; sed illam illustrem a nobilem efficer. Unde stante totâ naturâ humanâ infectâ & maculatâ, fieri potest, quod reperiatur in aliquo individuo Immaculata, non secundum debitum, sed per gratiam & privilegium. Non enim est de essentia naturæ humanæ (etiam per generationem naturalem communicetur & propagetur) quod habeat illam maculam: & tamen (stante lege, quæ primo homini collata fuit) natura omnis, quæ per mixtionem semenis propagatur & comunicatur, obnoxia est illi macule: & hoc firma fide tenere debemus; non autem, quod natura humana in quovis individuo sit actu maculata. Neque hoc voluit nobis innuere Apostolus hic, quando dixit: Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, licet mundi nomine intellexerit universum genus humanum. Neque, quando addidit. In quo, nempe peccato, omnes peccaverunt; nam, ut non minus docte, quam eleganter doctissimus Melchior à Castro (de divinis ac humanis litteris bene meritus) adnotavit, & ante eum subtilissimus Cajetanus, sub ista regula generali (quæ neminem eximit) expresse absque fidei præiudicio eximere possumus Deiparam Virginem per singulare privilegium. Quod enim Apostolus in hoc canonе tam univerſio innuere voluit, fuit ostendere nobis, ex peccato primi parentis omnes (nemine dempro) qui tamen carnali propagatione essent geniti, strictos esse necessitatí contrahendi peccatum originale, non tamen de facto contraxisse, & hoc habere. Alioqui si Paulus, quando dixit: In quo omnes peccaverunt, intellexit, quod de facto & actu omnes contraerunt, hereticum esset eximere Deiparam Virginem MARIAM, & Concilium Tridentinum non

potuisset eam ab illa generali regula eximere &c. Vide quæ sequuntur; nam omnia sunt pro immunitate Virginis.

Item, folio 333. inquit: *De Beatissime Virginis morte alia ratio habenda est, nam licet credi possit (& pium est sic credere) conceptam esse abique peccato; tamen eam à morte eximendam esse, Deo optimo maximo non est bene visum, qui proprium & unicum, similque primogenitum Filium suum JESUM super benedictum à mortis nexibus non exemit, &c.* Item, infra: Paulus clamat: Omnes peccaverunt. Dura vox lomnes: à qua, nisi Eccl. permitteret aliquæ eximi forsitan Apostolus reclamaret: nunc autem ea dissimulante & tacite approbante, nulli devoto Deipara Virginis durum ac grave esse videri debet, si pro Regina celi & mundi Domina dicamus non fore posse an hanc tam gravem legem; sed pro omnibus alijs tam viris, quam feminis. Unde, sicut dicere hanc Virginem liberam esse ab hac lege, non modica pietas est; ita ab ea alium vel aliam velle eximere, magna temeritas, ne dicam impietas esset, &c. Lib. impress. Barchinone 1624. & 1637. in folio. Omnia hujus Auctoris verba vera & doctissima sunt. Illud solum corrigi: Ea dissimulante & tacite approbante: quia Ecclesia Conceptionem Virginis MARIE, & immunitatem ejus à peccato originali non solum dissimulat & tacite approbat; sed expressè approbat, confitetur, celebrat, & decreto præcipit, ut de ipsa recitur officium, & quod publicè non possit dici vel affirmari contrarium.

R A Y M U N D U S de Peña-fort, Ordinis Prædicatorum ac Sanctus Hispanus, qui vixit ad annum 1230. ex suggestu purissimam Conceptionem Virginis MARIE predicavit, præsertim in Ecclesia Hispalensi. Ita Ioannes Euseb. in Excep. cap. 23. folio 351.

R A Y M U N D U S Rostagni, Ordinis Carmelitarum Gallus, in Thesibus Sorbonicis habitis anno 1661. Conclusione ultima, inquit: *Beatissima Virgo speciali privilegio Dei non fuit solum exempta à peccato originali, sed etiam à debito incorrendi illud: hoc enim requirebat excellentia dignitatis Matris illius.* Impr. in charta expansa.

R A Y M U N D U S, Scalæ-Dei Abbas Cisterciensis, speciali induito concessis Fratribus de Sacramenio in Hispania, ut possent celebrare solemniter festum Conceptionis Beatæ Virginis MARIE, sicuti in eius Annuntiatione, cum duodecim Lectionibus. Exstat decretum ad litteram apud Angelum Manrique tomo. 1. Annal. ad annum 1141. numero 13. folio 414. Lib. impress. Lugduni 1642. in folio. Hic Angelus Manrique in tomo primo Annaли Cisterciensium ad annum 1141. folio 414. capi. 8. loquens, quomodo pater Bertrandus Scalæ-Dei Abbas primus fuerit, qui Monachos Cistercienses duxerat in Hispaniam, adducit decretum, quo Raymundus Scalæ-Dei Abbas Sacramentibus Fratribus indulxit, ut de beato Ildephonso, & Conceptione Immaculatae Virginis festa quotannis celebrarent &c. Decretum autem tale est: Venerabili & in Christo sibi charissimo Coabbati suo de Sacramenia, totique Conventui eiusdem loci, Frater Raymundus dictus Abbas Scalæ-Dei salutem, & post presentis vitæ stadium ad vocationis æternæ bravium feliciter pervenire. Quia humani generis hostis diabolus illos præcipue insidijs sedulè persequitur, qui divinis obsequijs mancipati, Christo per Religionis arma fortissima pro viribus militare

conantur, & gloriois triumphate virtutibus. Igitur ne propter eius virtutias nos in via Domini oporteat retardari, supplicationi vestre humili & devotioni speciali, quam de Sancto Ildephonso de cordibus vestris geritis, pie inclinati, vobis auctoritate Ordinis & paterna, tenore praetentum concedimus, ut cum duodecim Lectionibus, & Respilonis eius festum anno quolibet solemniter celebretis. De Conceptione autem Beatae MARIAE consimile festum celebrare, sicuti in sua Annuntiationes, ut tandem ejus meritis & intercessione hic a malis protegi, & in futuro mereamini in eterna tabernacula feliciter introduci: nosque (si placet) iniustis & alijs vestris orationibus, velitis recomandatos habere. Datum Scale-Dei sub sigillo nostro die sabatti ante festum B. Gregorij Pape anno Domini 1330.

R A Y M U N D U S de Tayllason, Rector Universitatis Tolosanæ cum tota Academia in Conventu S. Augustini, die 9. Augusti anni 1649. Opusculum Petri de Vincentia contra Conceptionem Beatae Virginis editum Tolosæ, & evulgatum eodem anno inprobavit ac damnavit tamquam temerarium, scandalesum, & toti Ecclesiæ Catholicæ maximè injuriosum &c. Ex hac decretum ad litteram in libro Petri Posimi Societatis Iesu à folio 1.

R A Y N E R U S Pisanius vel de Pisa, Ordinis Prædicatorum Italus, in Pantheologia, id est, totius Summæ, parte 2. super Pater noster, ad illa verba: Et dimitte nobis debita nostra, tol. 109. col. 2. inquit: Secunda est propter statu incertitudinem; quia nemo quantumcumque sanctus & justus, est certus, utrum sit dignus odio vel amore, ut dicitur Eccles. 9. Requiere supra cognit. gratia. Tertia est propter mortalium varietatem. Unde Eccles. 7. Non est homo justus in terra, qui faciat bonum & non peccet. Quasi diceret: Non est aliquis justus in terra, cui ista duo convenient simul, scilicet bonum facere & non peccare: non peccare enim reperitur in parvulis; sed non facere bonum: Omnes enim peccaverunt & egent gloriam Dei, ut dicitur ad Romanos 3. in solo autem Christo, & Beata Virgine illa duo simul inveniri potuerunt. Unde Augustinus: Si omnes Sancti, quorūquāt à primo justo usque ad ultimum, simul essent; nihil aliud dicerent, quām: Dimitte nobis debita nostra, excepta B. Virgine, de qua, cùm de peccatis loquimur, nullam prorsus volo mentionem vel questionem habere, &c. Hucusque Raynerus. Ex quibus constat, quæ & qualis fuerit mens & sententia illius. Et nota, quod quāvis hæc ultima verba sint Augustini, quoad substantiam; non tamen quoad modum seu compositionem verborum, quibus excipit Virginem non solum à questione, sed etiam à mentione peccati.

Item, tomo 2. de Sensualitate cap. 6. folio 627. inquit: Si enim quis querat, quanto tempore motus illiciit sensualitas ad rationem, & carnis ad spiritum in nobis maneat? Respondeo & dico, quod in vita ista sensualitas à predicta corruptione & rebellione liberari non potest, nisi per divinum miraculum, ut fuit in Beata Virgine, quæ fuit miraculose à familiis liberata. Quod autem nullus à predicta infectione & corruptione naturaliter valeat liberari, tripliciter probo, &c. Lib. imprest. Venetijs 1585. in 4. & Lugduni 1655. in fol. 3. tom. cap. 5. folio 507. & Lugduni 1619. in folio. Hunc citant Adversarij pro sua sententia, & cū sufficien- ti fundamento.

R E D E R U S de S. Michaële, Canonicus & Doctor Hispanus, scripsit Sermonem sub hoc titulo: *De la Immaculada Concepcion de la Santissima Virgo nostra Señora*, predicado en la santa Iglesia Cathedral de Ciudad-Rodrigo, en la primera fiesta, que en ella se celebró después del voto de esta festividad, año 1626. Impress. Salmantica 1627. in 4.

R E G I N A L D U S Cavanao, Ordinis Prædicatorum Gallus, in libro: *Les merveilles du Sacré Rosaire, &c.* fol. 355. loquendo de indulgencie à Gregorio XIII. concessis pro festivitatibus B. Virginis, primam annumerat *Conceptionem*. Rothmagi 1613. in 24.

R E G I N A L D U S Polus Anglus ac S. R. E. Cardinalis, dū in Occumenica Synodo Tridentina esset Sedis Apostolicæ Legatus ac Praes, die 17. Julij anni 1546. edi curavit Decretum de peccato originali, ac de exemptione *Immaculatae Virginis* MARIAE ab eo. Vide Marac, in *Purpur Marian.* fol. 394.

R E G N A seu Provinciæ mundi, quæ sub Christi Domini ac fidei Catholice militant vexillo, affirmant, tenent ac defendunt Virginem Dei Matrem MARIAM Angelorum & hominum Reginam preferratam fuisse à culpa, atque conceptam absque peccato originali. De hoc vide Ioannem Antonium Velazquez lib. 5. de MARIA Immaculatae concepta disserit. 3. adnot. 7. & 8. atque Auctores ibi citatos. Et in primis in Hisp. Regna Castelle, Legionis, Toleti, Hispalis, Cordubæ, Granatæ, Murcia & Algarbiæ in Curia Matritensi die 21. Novembris, anno Christi 1621. coram Philipo IV. Rege Catholico & Regum maximo, ac Serenissimi Castellæ Infantibus per Procuratores suos ad hoc munus obeundum specialiter designatos, sese ad MARIAE ab originali peccato immunitatem perpetuam colendam, & solemniter quotannis celebrandam emiso iuramento obstrinxerunt.

Christianitas tota, seu universus populus Christianus probabilissimam, piissimam, & sanctam opinionem de immunitate Virginis Dei Mariae MARIAE, ipsiusque à peccati originalis nexo vel macula preservatione amplectitur, tuerit ac tenet, ac eius immaculatam, purissimamque Conceptionem recipit, defendit, atque celebrat, excepta solùm Patrum Prædicatorum familia; sed non tota, nec potiore parte ut suo loco dicemus. Videndum P. Granados in tractatu de Concep. disp. 3. quest. 29. Vazquez 3. quest. 27. art. 2. disp. 1. 17. Benedic. Iustinianus in Epist. 1. S. Ioannis cap. 1. num. 54. Petrus Burus in Peane de illibata Conceptione, Ludovicus Blosius in dict. 1. atrum cap. 5. Joan. Ant. Velazquez lib. 3. de MARIA Immacul. concepta disserit 3. adnot. 7. & 8. à folio 426. usque 434. &c. Auctores ab ipso citati, col. 428. Caetan. in opuscul. de Concep.

Alava Provincia in Hispania, edidit etiam Decretum pro hoc mysterio *Immaculatae Conceptionis*, & votum emisi; ac etiam Provincia Biscaia & Guipuzcoæ.

Algarbiense Regnum cum alijs Hispaniæ Regnis per Procuratores suos ad hoc specialiter designatos coram invictissimo Philippo IV. & serenissimi Infantibus Castellæ in Curia Matritensi die 21. Novembris anno 1621. sub iure iurando ac iuramento praeslito sese ad Virginis Dei Mariae MARIAE à peccato originali immunitatem tuendam, & eius solemnitatem quotannis celebrandam dicavit. Vide verb. Castellanum Regnum, & Joan. Ant. Velazquez

Velazquez lib. 7. de MARIA Immaculatè concep: fol. 435. ut notatum est supra.

America quarta orbis mundique pars, sive India Occidentalis, ita mysterium Immaculatae Conceptionis Virginis MARIAE, ac eius præservationem à peccato originali à sua prima ad Christi fidem converſione constanti ac fidelissimo animo amplexata est, ut nullus hucusque inventus fuerit, qui contra hanc piam veritatem scriperit, docuerit vel concionatus fuerit. Ego, qui ibidem ab infante litteris operam dedi, ac per spatiū triginta duorum annorum in eisdem partibus commoratus fui, eorum quæ vidi & audivi testimonium perhibeo. Aliquid refert Vincentius Antistit in vita B. Ludovici Beltrandi cap. 7. & ego in nostris Aſſertionibus Vīctorianis habitis anno 1648.

Aragonie Regnum, in nostra Provincia Hispanica publico statuto atque lege inviolabili statuit anno 1391. ut ſequum Conceptionis illibatae ſolemniere celebretur, sub Ioanne I. Aragonie Rege. Vide Pinedam in libro de hac re edito, Joannem Anton. Velazquez libro 4. de MARIA Immaculatae concep. differt. 10. adn. 2. & 3. & libro 7. differt. 3. adnot. 9. folio 436.

Belgium seu Flandria, ab anno 1195. jam celebravit ſequum Immaculatae Conceptionis, ut conſtat ex diplomatis Balduini Comitis. Vide Aubertum Myraeum in Notitia Ecclesiatarum Belgij cap. 158. Eusebium Nieremberg. folio 70. Ac tandem anno 1659. votum ſolemne ac juramentum emiſit de defendendo mysterio Conceptionis. Vide P. Laurentium Haas in Legatione.

Bohemie Regnum ſub invictissimo Imperatore etiam votum emiſit.

Castella Regnum in Hispania, in Comitijs Generalibus habitis in Regia Curia Matritensi die 21. Nov. anno Christi 1621. coram Philippo IV. Rege Cathol. & Regum maximo, ac Serenissimis Castella Infantibus per Procuratores suos ad hoc munus obeundum ſpecialiter deſignatos ſeſe ad MARIAE ab originali peccato immunis, ac perpetuo colendam, & ſolemni ritu quotannis celebrandam, huiusmo di emiſſo juramento latè & alacrity obſtrinxit. Ioannes Antonius Velazquez. lib. 7. de MARIA Immaculatae concepta differt. 3. adn. 9. num. 4. folio 435. Item, ad annum 1644. etiam in Comitijs Generalibus a Rege Catholico Philippo IV. cum alijs Regnis ſibi ſubiectis enixè exoravit, ut a Christi Vicario huius mysterii Immaculatae Conceptionis diffinitionem impetrari curaret. Velazquez ubi ſupra, & etiam Armamentarium Seraphicum.

Cataloniae Principatus in juribus ſuis excusis anno 1588. adducit Sanctionem, ſeu Conſtitutionem, vel Pragmaticam Ioannis primi Regis Aragonie prohibentis, ne quis in concionibus ſive in diputationibus publicis, vel privatis contra immunitatem Virginis à peccato originali aliquid loqueretur. &c. Vide Ioann. Antonium Velazquez, lib. 4. de MARIA Immaculatae concepta differt. 10. adn. 1. folio 315. Idem Cataloniae Principatus ſeu Provincia Hispanica in Comitijs Generalibus habitis anno 1451. sub Ioanne II. Navarra Rege & Fratris ſui Alphonsi IV. locum tenente legem tulit, atque publico & inviolabili ſtatuto ſancit, ut illibata Virginis MARIAE Conceptione publicè & ſolemniere celebretur. Vide Joannem Antonium Velazquez differt. 10. adnot. 2. & 3. & lib. 5. folio 436.

Cordubense Regnum in Hispania, cum alijs votum emiſit die 21. Novembris anni 1621. coram noſtro Catholico Rege Philippo IV. circa defensionem, & cultum ſeſſitatis Immaculatae Conceptionis Virginis MARIAE per Procuratores ſuos ad hoc ſpecialiter deputatos. Vide verb. Caſtellatum Regnum & Joannem Antonium Velazquez, lib. 5. de MARIA Immaculatae concepta differt. 3. adnot. 9. n. 4. folio 435.

Europa prima totius mundi ſeu præcipua orbis terrarum pars, ita pro Beata Virginis MARIAE Immaculatae Conceptione pignat, ut aliquid in ipſa contra hanc piam opinionem ſive ſcribere, ſive concionari, ſive docere, perinde fit ac oleum & operam perdere, & fastidium auditoribus afferre. Ita Vincentius Iustinianus Antift Ordinis Sancti Dominici in Addition. ad Historiam B. Ludovici Beltran. cap. 5. §. 14. Ferriolus Locrius lib. 1. cap. 1. Velazquez lib. 7. differt. 3. adnot. 7. per totam.

Gallia Christianissima, mysterium Immaculatae Conceptionis Virginis Dei MARIAE tenet, tuetur ac defendit. Ita Vincentius Iustinianus Antift in Addition. ad Vitam Beati Ludovici Beltran. cap. 5. §. 14. Ferriolus Locrius lib. 1. cap. 6. Petrus Burus in Pæane de Concep. Velazquez lib. 5. differt. 3. adn. 7. Eadem Gallia ſeu Francia Regnum Christianissimum ad annum 1389. multum laboravit, ut extirparet ex ſuis civitatibus ac ciuitibus opinionem docentem Virginem MARIAM ſuſſe conceptam in peccato originali, &c. Quomodo autem & qualiter id fecerit, vide infra Thomam Wasinghamum, & Ant. Velazquez, fol. 359. & Petru de Valde Clauſa, ſolem Veritatis & Nodum.

Germania, piam de Immaculata Conceptione Virgini MARIAE ſententiam uno ore tener, ac defendit. Ferriolus Locrius in MARIA Augusti lib. 1. cap. 6. Petrus Burus in Pæane de Concep. Germania tota cultum mysterij, ac ſeſſitatis Immaculatae Conceptionis à multis habet annis. Vide Joannem Antonium Velazquez libro 3. de MARIA Immaculatae concepta differt. 4. adn. 5. fol. 304. Germania una & unica fuit ex Europæ Provincijs, quæ prior celebravit ſequum Conceptionis Virginis MARIAE ex institutione & doctrina Sancti Norberti Ordinis Praemonstratensis Fundatoris. Vide Euseb. Nieremb. de perpetuo obiecto. Concep. cap. 7. fol. 54. ubi plura adducit.

Granaten Regnum in Hispania, votum emiſit per ſuos Procuratores die 21. Novembris an. 1621. coram magno Philippo IV. Hispaniarum Rege tuendi ac defendendi Immaculatam Virginis MARIAE Conceptionem. Vide Joannem Antonium Velazquez libro 5. de MARIA Immaculatae concepta differt. 3. adnot. 9. numero 4. folio 435. Et anno 1595. fuerunt reperti in Monte sancto Granaten. lamina illæ in quibus plura extant de Immaculata Virginis Conceptione. Vide Joannem Calderon in Prolog. Flavij Luticij Dextri.

Hispania cōmuniſt tota eſt in M.V. immunitate à peccato originali colenda, tuenda, & uſque ad ſanguinis effusionē defendenda, cuius veritatis diffinitionem ſummis precibus atque obſecrationibus à ſummo Christi Vicario obtinere nititur: ac multi ipsius Hispaniarum filii pro defendendo titulo Immaculatae Conceptionis ingenio, calamo, ac viribus totis labrant. Vide Joannem Antonium Velazquez lib. de Immaculata Virginis Conceptione per totum, præcipue lib. 4. & 5. & Auctores ibi citatos, Vincentium Antift, Ferriolum Locrium, Rodericum Caro, Ojedam,

Ojedam, & Antonium Basconcelos in Anaceph. ad Philippum II. dicentem: Quid universalis Civitates? quid denique omnem Hispaniam commemorem, que Tempis, Aris, Pervigilis, Pompis, Concionibus, Librie, Carminibus, Elogis, Titulis, Stemmatibus abique celebrat, ubique plaudit?

Hispānia Regnum, in celeberrima Curia Matritensi, & Comitijs ibidem habitis die 21. Novembris anno ab orbe redempto 1621. coram pījissimo ac Catholico Philippo IV. per Procuratores suos solemnē emisit votū de perpetuō colenda, ac solemani ritu celebranda festivitate immaculatae conceptionis Virginis MARIE. Vide verb. Castellae Regnum, & Joannem Ant. Velazquez, lib. 5. de MARIA Immaculatae concepta dissert. 3. adnot. 9.

Hungaria fuit, una ex prioribus Provincijs seu Regnis, qua Immaculate conceptionis Virginis MARIE mysterium celebrant. Vide Euseb. Nieremb. in libro de Exceptione, cap. 7. folio 466.

Italia sive Ausonia, unanimiter fateatur, quod Virginis Matris MARIE corpus & animam, ut dignum habitaculum Filii Dei effici mereretur, ita Spiritus S. pra paraverit, ut ab ipsis peccati, umbras, ac peccati fibras quantumvis levissimas radicibus removere voluerit, ac proinde peccatum originale, quod est actualism peccatorum radix, primitus amoverit, quin ullum unquam in anima aut corpore MARIE vestigium inventri posuerit. Petrus Burus in Pæane de conceptione.

Legionense Regnum in Hispania, cum alijs Regnis subjectis inclito Regi Philippo IV. coram ipso ac Serenissimis Infantibus die 21. Novembbris anno à Christi Nativitate 1621. iuramento se se obstrinxit Beatæ Virginis exemptionem à peccato originali defendendi, & festivitatem ejus quotannis celebrandi. Vide verb. Castellae Regnum, & Joannem Antonium Velazq. dissert. 5. folio 435.

Lusitanæ Regnum constitutum in nostra Hispania, Virginis MARIE incontaminatum Conceptum semper & ubique veneratum est, semelque & iterum hujus mysterij definitionem à Sede Apostolica rogavit. Vide totum Librum P. Sebastiani Novae Lusitani de conceptione Virginis MARIE sub titulo: *Lilium inter spinas*, & Ioan. Ant. Velazq. lib. 5. dissert. 3. adnot. 9. folio 436. quæ in Regno Lusitano acta sunt pro Immaculatae Virginis conceptione. Ecclesia Braccarense, que prima & principalis illius Regni est, non ultima pro devotione Immaculatae conceptionis extitit: colunt enim semper incontaminatum Dei Genitricis Conceptum, ac tandem anno 1648. ritu sanè pontificio, ac pompa regia, hujus mysterij, præmisso jure jurando, suscepit propagationem. Conimbricenses coacta synodo à Venerabili Ioanne Mendez de Tovora suo Praefule, ac Comite Arganilensi dignissimo, votum votit de tuenda Immaculatae Dei Parentis conceptione anno 1639. Immo antiqua adeò est hujus Conimbricensis Ecclesiæ in Magne Matris conceptionem propensio, ut ad annum Christi 1320. R. D. Raymundus tertius supra vigesimum hujus sedis Episcopus Virginæ conceptionis solemnem dicem peragi statuerit, indulgentias liberaliter elargitus his, qui divinis rebus illic interessent. Illusterrimus etiam Antistes D. Georgius ab Almeida suppeditavit sumptus, ut singulis Saturni diebus dehuc mysterio Sacrum fieret, quibus testandis retinenter in gazophilacio litteræ publicæ. Eborense. Civitas antiquū recognovit Breviarium sub Archiepiscopo, ac Regio Cardinali Henrico, in quo

plena de Immaculatae Virginis conceptione agebatur mentio. Omnes denique Lusitanæ Cathedrales preuent Metropolitana Ulyssiponensi subscripte diplomati de eligenda pro Regni Præside sanctissima conceptione Virginis, illiusque propaganda libertate à moxa originali, anno 1646. Ita Sebastianus de Novaes in Lilio inter spinas, sive de conceptione in contaminato Dei Genitricis, folio 254. Anno à Virgine partu 1646. septimo Kalendas Aprilis decrecum factum est in prædicto Regno Lusitano pro Immaculatae Virginis conceptione, cuius aliquas clausulas principales hic annotare libet. Iis igitur in Comitijs (uti par erat) diligenter inspectis, placuit magnam Matrem sub Immaculatae conceptionis prærogativa in totius Regni Patronam ac Præsidem iuxta recens Urbani VII. decretum designare, &c. Atque ipse meam adstrinxit fidem... operam vehementer daturum, ut hanc omnium sententiam ipse summus Pontifex ratam, firmamque velit &c. Qui omnium nomine quinquaginta ex auro solidos annuatim perolvendos pollicetor Villavitoisæ Basilicæ conceptionis, &c. Ac Regni Proceribus interposito iure jurando promittimus, nos vel etiam lucis iactura (si res iubeat) propagaturos, Matrem Virginem absque nemo conceptam humana originis. Memores interim, quod ipsa Romana Ecclesia omnium Mater, quam ad amissim sequi maxima nobis religio est, peculiari ritu solemnem diem agat Immaculatae conceptionis. Salva vero hujus juris iurandi fide, si eadem Romana Ecclesia secus aliquando iudicaverit &c. ac Regnum hostibus gloriis devictis in dies augeat ad Christi Servatoris gloriam, ad fidei augmentum, ad Gentium conversionem, ad Hæreticorum respicientiam. Quod si mortalium aliquis huic solemni voto ac iurii iurando ire obvijam audacter tentaverit; si civis alienigenam facimus, ac nullâ morâ interpositâ a finibus nostri Imperij illum volumus amandari. Quod si (tam durum Deus avertat malum) Rex ipse fuerit, diræ omnipotentis Dei simul ac nostra subiectat imprecationi, & nostrorum seriem interrupat. Concipimus deinde spem firmissimam &c. ut à Regno miserè detrudatur is, qui fidem hanc, quam modò sponte damus, olim impudenter fregerit. Ne vero hujusce electionis nostræ, voti, ac iuris iurandi in Comitijs editi aliquando intereat memoria, tria Acta publica fieridecemos, quorum unum quamprimum Romanum deferatur, ut ei sanctissimus D. Pontifex velit subscribere; alia Pontificie subscriptioni, atque huic nostro adiuncta decreto, Villavitoisæ in Chatriphilatio Basilicæ conceptionis & in tabulario hujus nostræ Tabora ponatur. Datum Ulyssiponæ 7. Kal. Aprilis. Balthasar Rodericus Coheles scripti anno Domini 1646. Petrus Vyora & Silva scribi curavi. Ita Novaes ubi supra, fol. 252. Prosequitur Relat. La devoción al misterio de la Concepción y el Juramento, que en Portugal se hace por todos los tres estados juntos en cortes en el año de 1644. dio motivo al Padre Fr. Alejandro de Jesus, Lector Jubilado y consultor de la suprema hija de la Provincia de Portugal. Avia Predicado este Padre el préstamo de San Buenaventura en la Universidad de Coymbra en 14. de Marzo el año antecedente; hacie la fiesta en el dicho Colegio en la translación en ración de que en el día como son vocaciones no puedan asistir las facultades, y aun los Religiosos, que como es solamente

mente Colegio de los Reales, por la preëminencia y se sustentan de las limosnas Reales, cierrase de los 15. de Mayo en adelante hasta 20. de Setiembre. Este Padre delante del Lector, que era entonces Manuel del Saldaña y mas Cathedraticos y concurso, con grande celo y spiritu empezó à exprobar, porque no avia de hacer aquella Academia en sus Doctorados, &c. El juramento que hacian las de mas. Fue de tanto efecto, que luego los estudiantes empezaron a aplaudir la repuesta allí, y despues los Colegios Reales; entre los quales fue el de San Pedro el primero, y determinaron que ellos no podian por si solos hacer nada sin consentimiento del Rey como protector; pero que firmasen todos y se pidiese esto por suplica. En este punto estando las cosas asi, empearon á negociar en contrario los Padres Dominicanos, que tenian las dos Cathedras de Prima de propiedad, la de Theologia Scolastica F. Diego Artur Hibernes, despues de aver leido la de Salamanca, ó Alur, y Fr. Jorge Pinero la de Scriptura. Hicieron alegaciones, &c. y tanto abraron, que volvieron allí el Colegio de San Pedro, y se fue resfriando por las dependencias que tenia de aquellos dos Cathedraticos, de suerte que se fueron escusando diciendo, que ó avian de firmar primero ó no por la precedencia que pleitean tener con los de San Pablo, que llaman el Colegio Real. Tomaron los de San Pablo la pelota, y se declararon entonces mas apasionados y devotos que todos, y protestaron que firmasen los Señores de San Pedro adonde quisiesen, que ellos en servicio de la Señora serian los ultimos y cedian de todo. No bafó esto, antes se levantaron mayores contrarios, de suerte que los Padres Dominicanos trajeron allí mucha gente, principalmente Fr. Leon de Santo Thomas Cathedratico reconducido y jubilado de prima, y este hizo una oracion en el clausuro contra. Pusose en votos, prevalecieron los Dominicanos, y asi consultaron contra. Sucedio en este dia, que decretaron esta consulta tan grande tempestad que llenos de miedo, y atribuyendo esto a misterio el Cathedratico Josepe Mendes Salus, y Vice-Tepercera de Sylva saliendo ambos hicieron el voto en su casa publicamente. Fue esta consulta à Lisboa, y como alla tenia el dicho Padre F. Alejandro à su hermano F. Fernando del Spiritu Santo, Guardian de San Francisco de Lisboa, que hoy es Provincial de la dicha Provincia, negocio de suerte, que se dio la consulta por mala, y se mandó, que volviesen à segundo clausuro. En este interim murio como repentinamente el P. Fr. Jorge Pinero viiendo aprisa dandosele esta nueva para hacer alegaciones. Fuese dilatando esto, y sucedieron los Estados. Convocaron à Cortes, hubo inteligencia para que algunos Procuradores se gloriasen lo propusiesen, que se tomase la Virgen soberana en su Concepcion per tutelar. Sin ninguna replica se configuro felizmente acrecentando penas de delincuencia, a quel que tuviese la opinion contraria, y que en todas las Academias, Camaras ó Parlamentos se hiciese lo mismo. Juraron todos los Estados solemnemente de defender, &c., hasta dar la vida, en quanto su Santidad no mandase el contrario. Juró el Rey, el Principe, en manos de Don Francis de Castro Inquisidor mayor, el Inquisidor en las de Manuel de Luna Capellán mayor Obispo de Elicas, y los otros brazos,

Despacharonse ordenes à las Camaras que lo ejecutaron con grandes fuegos, viudas y aplausos. Lo mismo se mandó à la Academia de Coimbra, nosolo que lo juraén los Doctorados, &c. pero aun a aquellos que estaban leiendo à muchos años, ó que perdiesen las Cathedras. Repugnolo el Artur Dominicano, y al fin perdió la Cathedra, y se dio à Fr. Richardo de S. Victor Augustiniano, que hoy la tiene. La Academia de Evora, Lisboa, Braga y las mas, que goviernan los Padres Jesuitas voluntariosfíssimamente lo hicieron. Hizose en nuestro Convento de Lisboa un octavario de fiestas, en que predicaron los Obispos y Provinciales de las Religiones, procession solemnisima de figuras, Certamen Poëtico, fuegos, &c. Las Religiones que ayudaron mucho à este negocio fue la Compañia, Augustinos, y Carmelitas, &c.

Majoricensis Provincia seu Regnum, *Immaculatam Virginis MARIE Conceptionem* patronam & advocata haber, & sub ejus Patrocinio conquiescere signare gloriatur. Unde in ipsomet Regni limine, quo à porta Urbs intrantes excipit, illustris est *MARIE Immaculatè conceptæ imago seu statua*, cum hac inscripione: Sub umbra & protectione Conceptionis Domina nostra, &c. Vide de hac re Velazquez, lib. 5. de MARIA Immaculatè concepta, dissert. 3. adnot. 3. fol. 436.

Murcianum Regnum in Hispania, in Comitijs Generalibus habitis coram magno ac piissimo Philippo IV. Hispaniarum Rege die vigesima prima Novembbris anni 1621. publico voto protestatum est *Virginis MARIE Immaculatum ac purissimum Concep-tum ab omni serpentis veneno alienum*. Vide Joannem Antonium Velazquez, lib. 5. de MARIA Immaculatè concepta, dissert. 3. adnot. 9. num. 4. fol. 435. nec non in hac Miltia nostra verb. Castellanum Regnum.

Sardiniae Regnum, fecit votum pro *Immaculata Vir-ginis Conceptione*. Extat cum Sermone Episcopi Ambrosii Machin.

Toletanum Regnum in Hispania, in Comitijs Generalibus in Curia Matriensis Congregatis die 21. Novembbris anno à nostra salute 1621. coram magnanimo Philippo IV. Catholicis Hispaniarum Rege, nee non Serenissimis Castellæ Infantibus per Procuratores suos, voto emiso se se ad Deipara ab origina-li vero immunitatem quotannis colendam ac ejus festivitatem solemniter celebrandam obligavit. Vide verb. Castellanum Regnum, & Joannem Antonium Velazquez.

Valentia Regnum, seu Provincia Hispanica, ex lege & statuto singulari, ad annum 1440. *Immaculatam Virginis Conceptionem ac ejus præservationem à peccato originali ruetur ac defendit*. Ita Eculanus in Historia Valentina, tom. 1. lib. 5. cap. 20. Joan. Ant. Velazquez, lib. 5. de MARIA Immaculatè concepta, dissert. 3. adnot. 9. fol. 436.

RELIGIONES sacre, quæ sub orthodoxo sive, ac Sanctæ Romanae Ecclesiæ vexillo militante, omnes in communione generaliter loquendo, piam de *Immaculata, sanctissima, intemerataque Virginis Dei Matris MARIE Conceptione*, & à peccato originali præservatione unanimi ore, corde & calamq. opinionem ac sententiam, ut veram & certam tenent, amplectuntur & docent. Vide Armamentarium Seraphicum in Regest. à col. 470. Pinedam ad privilegium Regis Arag. cap. 8. Perlinum in Apolog. fol. 306. Egidium quæst. 6. articulo 4. Velazquez

Velazquez, lib. 4. dissert. 9. Sebast. Novaes. In particulari autem seu sigillatim Religiones, quæ aliquid speciale pro gloria mysterij *Immaculatae Conceptionis* egerunt, sunt sequentes:

Augustiniana Religio, sive Eremit. S. Patris nostri Aug. ab annis plus quam 300. duobus Auctoribus exceptus, qui *V. pugnare ac impugnare* viderunt immo à pluribus annis in omnibus Universitatibus Italiae, Galliae, Hispaniae & Lusitania, summo conatu & industria semper sententiam de *Immaculata Virginis Conceptione* tenuit & comprobavit. Vide, quæ circa hoc scriptit doctissimus Pater *Ægidius a Præsentatione*, lib. 3. de *Immaculata Virginis Conceptione*, quæst. 6. art. 4. §. 3. num. 18. pag. 325. Armamentum in Reg. col. 539. Joannes Antonius Velazquez, lib. 4. de *MARIA Immaculata* concepta, dissert. 9. adnot. 1. num. 8. fol. 363. Pistoia, fol. 190. Item, Romæ in Ecclesia S. MARIE del Populo, juxta quam est Cenobium istius Religionis, tam ad vesperam, quam in ipso die *Conceptionis Virginis MARIE* sunt stationes & indulgentiae plenariae, ut videre est in libro Fratris Thomæ Saraceni, fol. 209. Item, Patres Augustiniani, & qui ipsorum portant corrigiam, fruuntur indulgentijs & privilegijs concessis in die *Conceptionis Virginis MARIE* Sanctæ MARIE de Urbe, Rotunda, Araceli, Angelorum, del Populo & de Pace. Ita Frater Hieronymus Nolanus in lib. suo impress. Neapoli 1586. fol. 66.

Barnabitarum Religio, etiam mysterium *Immaculatae Conceptionis* tuerunt ac defendunt.

Basiliana Religio, sive Sancti Basili Magni insignis Familia, in Constitutionibus Congregationis Hispaniae, cap. 4. edidit hanc Constitut. Quod Provincia Sardinia dicatur & vocetur Provincia *Conceptionis Virginis MARIE*. Vide Armamentum in Regest. col. 471. Hippol. Marrac. in Fundator. Marian. cap. 2. fol. 17.

Benedictina Religio tota fuit & est pro tuenda *Immaculata Virginis Conceptione*. Ex hac Helfinus Abbas vel Helpinus, cui primo facta fuit de hoc sacro mysterio divina revelatio, primitus in suo Beccensi Cœnobio *immunitatem Virginis MARIE* deoibus obsequijs celebravit, ac celebrandam ubique prædicavit. Vide Armament. Seraph. in Regest. atque omnes Doctores, qui de *Conceptione Virginis MARIE* scriplerunt. Item, in Italia initium habuit festum *Conceptionis*, à quadam Diacono Hungariæ Regis fratre, ac postea Aquileiensi Patriarcha, tempore Caroli Francorum Regis, qui Diaconus etiam fuit hujus Sacrae Religionis filius. Vide Salazar, cap. 35. fol. 309. nostrumque Armamentum in Reg. col. 472. Item, primus qui de hoc mysterio in nostra Europa scripsit copiò & eruditè, ac prædictam festivitatem *Conceptionis* commendavit Ecclesijs ac Episcopis Angliae, fuit Sanctus Anselmus Archiepiscopus Cantuariensis, hujus insignis Familia proles. Vide Bivarum in Patribus Vendicatis, Arnoldum de Vion in Ligno viri, Armamentum in Regest. & hic verb. Anselmus. Item, Sancta Gertrudis, S. Hildegardis, necnon S. Mechthildis, quibus fasta fuit de *Immaculata Concept. Virginis MARIE* revelatio, fuerunt professione Benedictinx. Vide Armamentum. Seraph. in Reg. apag. 592. Joan. Ait. Velazquez lib. 4. dissert. 8. Item, Reverendissimus Pater Placidus à Tosanotos hujus Religionis Generalis, & postea Episcopus, fuit à Philippo III.

Hispaniarum Rege missus ad Sanctissimum Domum Nostrum Paulum V. pro lolicitanda ultima dissinzione *mysterij Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE*, quando editum fuit decretum illud celebre, quod emanavit anno 1617. die 31. Augusti de quo in Paulo V. Vide Antonium de Yepes tom. 7. Annalium ad annum 1609. fol. 114. Velazquez latè, fol. 362. Wadding. fol. 12. & alios Scriptores. Item, omnia hujus Religionis Breviaria & Missalia antiqua habent Officium & Missam particularem de *Immaculata Virginis Conceptione*, de quo in nostro Arma. Seraph. Item, hæc sacra Religio multis habet Scriptores ac Milites strenuos pro *Immaculata Virginis Conceptione* à peccato originali, de quibus in hoc lib. Item, Simus Pont. Leo X. PP. Benedictinis per speciale indultum, incipiens: *Sane Religionis sinceritas*, facultatem fecit, ut in solennitate festi *Conceptionis*, perque totam octavam Interdictum suspenderetur. Christophorus de Vega in Theologia Mariana, Palest. 3. cert. 9. num. 310. fol. 93. Moniales Benedictine Monasterij S. Petri de las Dueñas Toletan. omnes ad annum 1494. sumpserunt habitum, ac regulam Monialium *Immaculatae Conceptionis*. Petrus de Salazar, lib. 4. Province Castellæ, cap. 477. Vide Pistoiam, fol. 191.

Capuccinorum S. P. N. Francisci obseruantilla Religio, quid fecerit pro hoc mysterio, vide per totum hunc librum.

Carmelitana Religio, ad annum 1606. in Capitulo Generali in Gallia celebrato, fanxit statutum pro celebranda *Virginis MARIE Immaculata Conceptione*. Vide col. 340. Velazquez fol. 364. Pistoiam, fol. 187. Lezuanum in suo Tract. de *Conceptione*, cap. 22. Ojedam, cap. 15. fol. 63. ac novissime R. P. Franciscum Bonæ Spei, tom. 5. Iux Theologæ, disputat. 12. de Peccato originali, fol. 220. Item, à sua primæ origine etiam ante Christi Nativitatem prædicavit *immaculatam Virginis MARIE*. Ita P. Laurentius Aponte, Calasante, & 4. tom. Cursus Salmanticensis, Leon & alii, ac præcipue, quod dicant de Proprietate Elie, & Joannis Jerosolymitani explicatione circa nubeculam parvam quasi vestigium hominis egredientem parvam, &c. de qua multa invenies in libris de Concept. Item, quamplurimæ sunt concessi indulgentiæ huic sacro Ordini pro die *Immac. Concep.* & infra octavas, ut habetur in Historia Carmelitar. fol. 204. & in libro Informationis Spiritualis pro devotis SS. Virginis de Monte Carmelo, impress. Bononiæ 1635. in 4. pag. 4. informat. 7. fol. 201. & 209. Item, Capitulum Generale Francofurti celebatur anno 1393. edidit decretum hujusmodi pro festo *Conceptionis Beatæ MARIE*: Pro sex annis in prædicto Ordine, qui facit Sermonem & pro illo qui celebrat Missam, & pro potu famulorum Dominorum Cardinalium dando quinque florenos in anno, florenos triginta, &c. Ita Daniel Virgine MARIA Carmelita, in Vincia Carmeli cap. 24. fol. 218. Item, in die *Conceptionis Virginis MARIE* hæc Religio gaudet omnibus Indulgentijs concessis pro ipso die *Conceptionis Ecclesiæ Sanctæ MARIE Majoris*, Rotunda, Angelorum, Araceli, Populi & Pacis, ut videre est in Summario Indulgientiarum prædicti Ordinis, impress. Neapoli apud Jacobum Carlinum, an. 1597. fol. 136. Item, Franciscus de Roma Neapolitanus anno 1584. scriptit Tractatum de Indulgentijs & Privilegijs sacrae Religionis Montis Carmeli; & alterum

rum huic simile impressum fuit anno 1585. & utrumque in prima pagina habet depictum Virginis MARIE, seu Immaculatae Conceptionis mysterium, ut communiter de pingi solet, id est, imaginem cum attributis, & hoc Carmine:

*Dum fluet unda maris, currerque per aethera Phœbus,
Vixit Carmeli candidus Ordo mibi.*

Ex quibus verbis videtur Conceptio Virginis MARIE esse patrona & protectrix huius devotissima Religionis. Item, in Constitutionibus manuscriptis existentibus in Conventu S. MARIE de Monte Carmelo Discalceatorum Parisien. in 8. apud R.P. Ludovicum à sancta Theresia; & in Constitutionibus impr. in 8. Romæ, anno 1635. apud Ludovicum Grignani folio 45. cap. 10. num. 2. sic dicitur: Habeat hunc sibi propositum ad imitandum Doctorem, cui erit toto animo addictus; ita ut ipsius S. Thomæ doctrinam tam in Philosophicis, quam Theologicis omnibus sequatur, excepta opinione de sanctificatione V. & quæ in Summa docuit, præferat ijs quæ alibi tradidit. In Constitutionibus vero impressis Romæ apud Franciscum Corbellum anno 1631. cap. 15. folio 120. num. 3. sic dicitur: Prælectores cæterique Fratres universi opiniones male fundatas & novitatem præferentes deponant, & S. Thomas doctrinam tam in Philosophicis, quam in Theologicis omnibus sequantur, & quæ in Summa docuit præferant ijs quæ alibi tradidit. Erat Nicolaus Richardij Magister sacri Palatii, & sic fuit ablata illa clausula exceptiva, excepta, &c. Item, Joannes Bachon Carmelitanus in 4. dist. 2. quæst. 4. art. 3. pro gloria & monumento æterni istius Religionis sic ait: Publica & diuturna consuetudine celebratum est hoc festum in Curia Romana, etiam cum venerabili Congregatione DD. Cardinalium, cum solemnni Missa & Sermone singulis annis in Domo Fratrum Ordinis Beatæ MARIE de Carmelo: & hæc duraverunt tempore multorum Romanorum Pontificum, usque ad præsens tempus &c. Ioannes autem Bachon floruit ad annum 1340. ante Sextum IV. per quatuor & quadraginta annos: ex quibus patet, quam antiqua sit in hac Religione celebratio festi Conceptionis. Item, Beata Theresia hujus Religionis Restauratrix & Reformatrix huic mysterio addictissima exitit. Etenim Vallisoleti adificavit Monasterium sub invocatione *Conceptionis Beatæ Virginis*; aliud Pastrana sub eadem invocatione. Vide Hippolytum Marracium in Fundatoribus Marianis. cap. 37. Lezanam, cap. 22. folio 99. ubi de devotione prædictæ. Theresia ad Conceptionis mysterium agit, ex quo aliqua diximus in Regesto nostri Armament. Scraph. fol. 540.

Cælestinorum Ordo, multis abhinc seculis celebravit diem & festum Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE, ut refert Antonius Solerius in Opusculo de Veneratione & invocatione Sanctorum. Armamentar. in Regesi. col. 473. Joannes Antonius Velazquez lib. 4. de MARIA Immaculatae concepta, dissert. 9. adnot. 1. folio 363. Item, eadem sacra Religio precibus ac persuasimis cuiusdam piissimi viri Nicolai eiusdem Religionis alumni instituit, ut octava dies prædictæ festivitatis Conceptionis perpetuò celebraretur; atque pium institutum ingenti miraculo cuiusdam rota, qua coram Virgine Dei Genitrici per integrum annum, vidente & miroredolente odo-

re visa est, confirmatum fuit. Vide Auctores supra citatos, & Nicolaum N. Religionis Cælestinorum. Item, in Breviario Religionis, cuius titulus est: Juxta morem & usum Monachorum Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Cælestinorum, &c. folio 298. habetur officium *Conceptionis Beatæ MARIE* duplex maius, sicut in Nativitate &c. Exstat impress. Venetijs 1590. Item, in codem Breviario ad finem folio 504. dicitur, quod Innocentius Papa VIII. concessit omnibus dicentibus infra scriptam Orationem ad honorem Beatæ Virginis, plenariam Indulgentiam. Oratio autem talis est :

*Ave Virgo grata,
Stella sole clarior.
Mater Dei gloria,
Faro melius dulcior:
Rubicunda plus quam rosa,
Lilia candider.
Omnis virtus te decorat,
Omnis sanctus te honorat
In celis sublimior, Amen.*

Quæ epitheta sic universaliter dicta videntur indicare immunitatem Beatæ Virginis Dei Matri. Eadem sacra Religio Monachorum Cælestinorum pro Immaculata Virginis Conceptione habet sequentia in suo Ceremoniali: Pero se nel' Sabbatho loro occorese festa di duodeci letzioni, o altra festa maggiore nel' vespere si deve fare della Dominica dal capitolo in poi, eccetto la solemnità della Concetione, Purificatione, & Annuntiatione de MARIA Vergine, è della traslatione del nostro Padre san Pietro, è del di d'S. Benedeto &c. cap. 32. folio. 64. Item, sub titulo: In che modo hanno di procedere Monaci nell' ottime de i Santi che occorreno, cap. 34. Queste ottrave sonno tre, cioè quella di san Lorenzo, & quella di san Benedetto nostro Padre, è della Concetione della Madona: bene chi in quella de san Benedetto è della Concetione s'ha di dirè l'ufficio de i morti anchora inchiesa, il che à nulla altra ottava occorre &c. folio 66. Item, cap. 42. de Benedictionibus ad Matutinum in nocte *Conceptionis Dominae nostræ*, ponit Benedictionem 1. *Virginis Immaculatae Concetio*, nostra fit in celum evæctio. 2. *Hæc in Die paræ Concetio*, cælesti replemarum benedictione. 3. Rosa rubens & candes ferens lilyum, fit nobis semper auxilium. 4. Hortus conclusus & fons signatus, nobis omnes condonet reatus. 5. *Tota pulchra & Virgo sine macula*, pro nobis intercedat in secula. 6. *Benedicat nos Filius Dei Patris*, celebrantes solemnia sua Matri. 7. *Quæ nunquam nullum admisit flagitium*, Deum nobis reddat propitium. 8. *Virgo cælesti lilyum*, pro nobis intercedat ad Filium. 9. *Virgo sine labe concepida*, nos doceat Evangeliorum præcepta. 10. *Quam sine crimine peperit Anna*, perdusat nos ad cælicum Manna. 11. *Illibata Virgo puerpa*, gratiæ repleat nostra pectora. 12. *Sancta MARIA Mater orphanorum*, libera nos à manibus iniquorum. Hæc omnia reperties in prædicto Ceremoniali Italice impressi. à Fratre Iacobo de Fezze Abbate Generali prædictæ Congregacionis Bononiae 1649. in 8.

Clericorum Regularium Minorum Religio, semper summo animi consensu pro pia opinione Immaculatae Conceptionis V. MARIE ubique pugnavit. Ita

Hieron.

Qqqq2

Hieron. Ormachea tom. 1. in Cant. Cant. in Prolegom. 3. part. folio. 159. Item, huius Religionis alumnus f. Hurtadus de la Fuente egregiam operā navavit Romæ in promovenda hac pia sententia, assistens & consilio & calamo Procuratoribus huius mysterij pro Rege Catholico apud summum Pontificem. Ita Ormachea cum Auctoribus supra relatis. Velazquez addit etiam pro eximio encomio hujus Religionis habere Laurentium Aponte propugnatores hujus mysterij.

Camaldulensis Religio, semper amplexata est sententiam piam de Immaculata Virginis Conceptione, ut refert P. Egidius de Præsentatione, lib. 3. de Præservatione Virginis, part. 6. art. 4. §. 3. num. 16.

Carthusiensis Religio, festum Conceptionis Immaculatae Virginis MARIAE defendit, & ipsum celebravit sub eodem titulo Conceptionis, non Sanctificationis, ante annum 1450. ut refert Dionyfius Carthusianus in 3. Sent. dist. 3. quæst. 1. Vide Armament. in Regest. col. 474. Velazquez folio 363. De Breviariis antiquis hujus Religionis latissime agimus in Radij Solis Veritatis.

Cisterciensis Religio, five Sancti Bernardi, ex speciali à Dei Genitrici MARIA facta revelatione cuidam venerabili viro Petro Villariensi ejusdem Religionis filio, festum Immaculatae Conceptionis singulari celebrat devotione. Modum vide apud Ioannem de Agneis lib. 3. tomo 2. de Viris illustribus Cisterciensium Ordinis, Armament. in Reg. col. 473. & 591. Velazquez folio 363. Item, in Kalendario seu Menologio Cisterciensium festivitas Conceptionis Virginis MARIAE ut propria illius sacre Religionis ponitur & notatur. Vide Chrysostomum Henriquez in eodem Menologio ad diem octavam Decembris. Item, Religio Sanctimonialium fundata à V. Beatrice de Sylva in Regno Hispaniarum ac civitate Tolerana sub titulo Immaculatae Conceptionis, initium suum ac felicissimum ortum habuit sub hujus sacrae Religionis Regula, regimine, ac instituto. Vide Bivarum in libro de hac re edito, Armamentarium, Velazquez lib. 4. de MARIA Immaculatae concep. fol. 365.

Clarissarum, seu Religio Monialium fundata à sancta Clara, recitat officium Immaculatae Conceptionis ipso die festivitatis & omnibus Sabbatis, sicut nostra Minorum in omnibus & per omnia. Habebat Breviarium speciale de officio Conceptionis eum octava approbatum à Julio II. & alijs tribus summis Pontificibus, ut ibidem dicitur. Quid amplius, cùm totus Ordo in communi & particulari sit pro Immaculata Conceptione?

Cluniacenfis sacra Religio, hanc piam, veram & certam opinionem de præservatione Virginis à peccato originali amplexata semper est, teste Egidio de Præsent. lib. 3. de Præservatione Virginis, quæst. 6. articulo 4. §. 3. num. 16.

Conceptionis, seu Religio Monialium sub titulo Immaculatae Conceptionis, fundata est à Venerabili frenimina D. Beatrice de Silva in honore hujus mysterij.

Cruciferorum Religio, ab antiquo celebat mystrium Immaculatae Conceptionis B. Virginis MARIAE, ut constat ex ipsius Missalibus & Breviariis existentibus in Huy primaria eorum Domo. Et Colonia vidi duo Breviaria antiquissima impressa cum Officio Conceptionis.

Dominicana Religio, seu Ordo Sancti Patris nostri Dominici, ut plurimum, maior saltè pars atque præcipua, Immaculatam Virginis Dei Matris Con-

ceptionem tueretur atque defendit, ut expressè affirmat Armamentarium nostrum Seraphicum, & evidenter probatur à col. 477. usque 539. & latissime iterum probo in Sole & Radijs ejus per totum. Ioannes Antonius Velazquez, lib. 4. de MARIA Immaculatæ concepta differt. 9. adnot. 2. à num. 10. folio 365. Sebastianus Novaes folio 290. Itē, P. Magister Ioannes de Fenario Generalis Ordinis affirmat, antiquiores Magistros quantum magis docti, & quantum magis sancti essent, tantò magis piam sententiam ultra amplexatos. Ita Velazquez libro 5. differt. ultima, folio. 454. Item, Sanctus P. Dominicus hujus insignis Religionis Fundator hanc sustinuit opinionem de immunitate Conceptionis, dicendo: Sicut primus Adam fuit ex terra virgine, & numquam maledicta formatus in decuit in secundo Adam fieri, id est in Christo, cuius terra id est Mater, numquam fuit maledicta. Quod autem verba ista sint Sancti Domini, pater ex Sole & hac Militia, verb. Dominicus de Guzman. Item, Angelicus Doctor Sanctus Thomas de Aquino, quem ita Sacra Religio in omnibus, & per omnia sequitur & deredit, in tribus vel quatuor sua doctrinæ locis immunitatem Virginis MARIAE à peccato originali tenet ac docet, licet in alijs contrarium videatur semire. Vide huc verb. Thomas, & Armamentarium. Item, Patres Prædicatores in suo Manuali impresto Hispalii, anno 1524. pro opinione pia hæc aiunt: Quia Ordo Prædicatorum solitus est semper Sanctorum doctrinæ adhaerere, sustinuit hucusque opinionem, quod Beata Virgo fuit concepta in originali, sed jam de hoc non est curandum, cum sit materia nullius utilitatis & valde scandalosa, præsertim cùm tota ferè Ecclesia (cujus usus & auctoritas secundum Beatum Thomam 2. 2. quæst. 10. art. 12. prævaleret dictis Hieronymi & cupiendum que Doctoris) jam afferat, quod sit præservata. Vide de hoc statu Joannem Antonium Velazquez, libro 4. de MARIA Immaculatae concepta, fol. 368. & fol. 426. & fol. 491. & fol. 271. & fol. 242. Item, ad annum 1602. sub Generali Reverendissimo P. Hieronymo Xavierie pro toto Ordine Dominicanum fuit sequens statutum. Stricte prohibemus, ne quis audiat in publico prædicare vel docere, quod Beata Virgo fuit concepta in originali, propter scandalum fideliū. Vide Antonium Velazquez, fol. 368. & Joannem Serranum. Item, R. P. F. Justinus Michovienensis Ordinis Prædicatorum, tom. 1. in Litanias Lauretanis, discut. 136. fol. 302. sic inquit: Exstat Decretum S. Congregationis Cardinalium, actis Capituli Generalis Ordinis Prædicatorum Romæ celebrati anno Domini 1629. insertum, in quo diliter veris Conceptionis Beatae Virginis dicitur sanctissima. Quare nemo Catholicorum id negavit, negareve unquam potuit. Id est Ordo à suo ferè principio & primo suo fundationis anno celebravit festum Conceptionis Virginis MARIAE sub titulo expresso Conceptionis, non vero Sanctificationis, quoique anno 1487. Vincentius Bandellus de Castro novo Tordoncepit è tenebris in lucem edere vocem Sanctificationis; & an. 1505. cùm jam esset Generalis Ord. compofuit & edidit officium sub titulo Sanctificationis, quod invenies ad litteram in nostro Armament. Item, per Galliam celebravit festum Conceptionis Virginis MARIAE, ut constat ex libro Raymundi Lullii, seu potius Raymundi de Centillis. Item, ex vota civitatis

civitatis Senensis observavit & celebravit festum *Immaculatae Conceptionis*; de quo latè Ambrosius Catharinus in Tractatu de hac re edito. Item, in eadem civitate Senehfi votum emisit una cum ipsa civitate de intendenda *Immaculata Virginis Conceptione*. Ita Ambrosius Catharinus in Præfatione ad Capit. Generale Ordinis prædicti, Christophorus de Vega palest. 3. cert. 20. folio 136. item, omnes Conventus Germania, id est, qui intra Alpes degunt, celebrant *Conceptionis Virginis MARIAE festum*, ut referunt idem Catharinus & Eusebius Nieremb. capite 23. folio 25. Exception. Item, habet sub sua protectione Congregationem Sanctissimi Nominis Dei & Montis Pauperum in S. Severo Maiore Civitatis Neapolitanæ, fundatâ à R. P. Fr. Paulino Bernardino de Luca ejusdem Religionis. Et hujus Congregationis seu Confraternitatis institutum, & consuetudo est recitare effigiam *Conceptionis Virginis MARIAE*, prout habetur in libro ejusdem Congregationis impresso in 12. absque anno & loco impressionis, à fol. 45. usque 134. Missalia, Breviariorum ac Martyrologia antiqua hujus sacra Religionis adducunt festivitatem sub titulo *Conceptionis Virginis MARIAE* usque ad tempora Hieronymi Xaviere, ut videre est in Missali impresso Hispalensi 1530. Breviarium Parisijs 1550. Martyrologio & Kalendario Salmanticæ 1582. ut refert Vega palest. 3. cert 7. num. 279. folio 81. Item, celebravit Festum *Immaculatae Conceptionis* in civitate Segoviensi anno 1613. feria 6. die 13. Septembris. Ita refert Simon Diaz discurs. 2. folio 9. & Hieronymus de Ayala, folio 16. In Gallia celebravit Festum *Immaculatae Conceptionis*, & depositâ opinione affirmativâ secura est sententiam magis piam de immunitate Virginis à peccato originali, de quo latè Henricus Spondatus tomo 2. ad annum 1387. num. 7. Item, edidit decretum in Capitulo Generali Valentia celebrato an. 1647. §. Confirmationes, num. 3. tenoris sequentis: Confirmamus ordinationem sextam Capituli Generalissimi Romæ anno 1644. Verum ulterius confiderantes aliquas questiones singulares, ob materiæ dignitatem, obscuritatem, & periculum promptius errandi in illis, quales inter alias sunt questiones de *Conceptione Beatae Virginis*, & de præficiencia futurorum, prædictione electorum, efficacia divina motionis, & universaliter de auxiliis divinae gratia, indigere maturiori examine, ordinamus & omnino præcipimus in virtute Spiritus Sancti & sanctæ obedientiæ sub formali præcepto, necnon sub pena Excommunicationis latæ sententiæ, hac una pro tria canonica monitione præmissa, & privatio nis omnium graduum ipso facto incurrienda, ne aliquis aliquid imprimere audeat spectans ad questiones prædictas, nisi prius Romanum ad Reverendissimum Patrem Generalem, vel Vicarium Generalem, seu qualitercumque vices Generalis ibi tenentem mittat vel totum librum, si in eo per totum agatur de aliqua vel aliquibus illis questio nibus; vel sitotus liber non est de illis materiis, quæ ter nos illos, in quibus specialiter de eisdem questio nibus tractat, prohibentes, ne omnino vel minimum quid spectans ad questiones illas edat, quod (ut supra) prius non milerit Romanum, & ibi non fuerit approbatum.

Franciscana Religio Sancti Patris nostri Francisci, seu Minorum Seraphicus Ordo, à trecentis sexaginta & amplius annis, omni conatu, in-

dustria, devotione, ac Christiana pietate, labo rat, contendit, ac docet tanquam hujus mysterij, vexillifera & antesignana, *Immaculatam Virginis MARIAE Conceptionem*, ac ejus præservationem à peccato originali in primo sue animationis instanti tueretur: ita, ut defensio præservationis, scilicet à peccato originali, ac *Immaculata Conceptionis Virginis*, vocata sit vulgo opinio Fratrum Minorum. Vide Ioannem Antonium Velazquez libro 4. de MARIA Immaculata concepta, disser. 9. adnot. 2. folio 365. Sebastianum Novacem folio 302. Abbat. Panormi, in cap. Conquistus de Ferijs, Abulensis. in Paradox. 1. cap. 21. Armament. col. 546. Ormachea tomo 1. Proleg. 3. fol. 154. num. 180. Item, Ioannes Duns Scotus, quem nostra Seraphica Familia sequitur ac defendit, piam Sententiam de *Immaculata Virginis Conceptione* si non primus invenit, primus renovavit, ac in pluribus Academiis redemptio præservationis docuit, præcipue in Oxomensi, Parisiensi & Colonensi, in Disputationibus pro hoc mysterio: ita ut nullus aliis vel ante ipsum, vel post ipsum tantam auctoritatem, no men ac honorem propter hanc doctrinam comparaverit, Lege Ferdinandum de Salazar in suo Defensorio cap. 42, s. cœlo 14. Ioannem Antonium Velazquez ubi supra, Armament. col. 545. Item, Seraphicus P. N. Franciscus hujus Religionis Minorum Fundator ac Patriarcha docuit in Iuis Opificiis Virginis MARIAE præservationum à peccato, dicens: Ave Domina Sancta, Regina Sanctissima Dei Genitrix MARIA, quæs per perpetua Virgo electa à sanctissimo Pare et cœlo, quarti consecravit cum sanctissimo Filio & dilecto, ac Spiritu sancto Paracleto, in quo est & fuit omnis plenitudo gratiae, & omne bonum, 1. tomo Opifici. fol. 105. Et quod in istis verbis intendat Seraphicus Pater præservationem Virginis à peccato originali, probat Wadding quem lege ibidem Item, alma Religio Sanctimonialium fundata in civitate Toletana in Regno Hispaniarum à pia D. Beatrice de Silva sub titulo *Immaculatae Conceptionis Virginis MARIAE*, est sub cura, regimine, obedientia ac patrocinio Fratrum Minorum, ex concessione Julii Papæ II. & aliorum Summorum Pontificum. Vide Armament. col. 549. Velazquez ubi supra. Item, in magna illa controversia tempore Sixti IV. Pontificis Maximi, Generalis hujus Religionis R. P. F. Franciscus de Brixia, Sampson cognominatus, pro opinioni de *Immaculata Virginis Conceptione* totis viribus laboravit, piam sententiam rationib[us] corroborando, argumentaque contraria dissolvendo. Vide Velazquez ubi supra, & verbis Franciscus de Brixia, Armament. col. 546. Idem Sixtus IV. qui tot Bullis, miris favoribus, & gratis *Immaculatam Conceptionem Deipara Virginis* forvit, & toti terrarum orbi venerandam & colendam proposuit, hujus Franciscanæ Familiae alumnus extitit. Vide Velazquez, fol. 266. & Sixtus IV. & omnes scriptores. Ité, pro definitione hujus mysterij à Catholicis Hispaniarum Rege Philippo III. ad Romanum Pontificem fuerunt duo Legati diversis temporibus ex Seraphica Familia missi, alter Illustrissimus P. Franciscus de Sola, quondam nostri Ordinis Generalis Minister, & Oxomensis Episcopus; alter fuit Reverendiss. Pater F. Antonius de Tixio, ex Generalatus munere ad Pontificis Catholicon memum evectus, cum R. P. Luc. Waddingo etiam eiusdem instituti & nostri Ordinis Chronographo;

grapho; quæ verò & quanta laboraverint pro
nunçitate Virginis MARIAE tuenda, ex decretis
Summorum Pontificum Pauli V. & Gregorij XV.
comstat. Lge Armament. colum. 553. Wadding.
in libro de hac re confecto, scđt. 4. Velazquez,
fol. 366. Hujus Sacrae Religionis Filius Bernardinus
de Bustis composuit illud de *Immaculata Virginis MARIAE Conceptione officium*, quod à Sixto IV. Pon-
tifice Maximo speciali diplomate fuit approba-
tum. Vide Bernar. de Bustis & Armament. col. 547.
Item, tota Seraphica Religio ex præscripto Ordinis
in honorem *immaculatae Conceptionis eiusdem sanctissime Virginis* decantat solemniter singulis die-
bus post Horas Vespertinas & Completorium, An-
tiphonas & Orationem de *Immaculata Concep-*
tione, ac in Sabbatis recitat officium *Immaculatae Conceptionis* cum Missa. Vide Armam. & Velaz.
fol. 336. & 556. Cismontana Familia cum omni-
bus Provincijs ad ipsam spectantibus in Congre-
gatione Generali Segoviae celebrata anno 1621.
fecit votum tenendi, docendi & defendendi
Deiparae immunitatem à peccato originali. Extat vo-
tum in Armament. Regst. col. 554. & 556. Ve-
lazquez, folio 367. In Comitiis Generalibus Toletanis
in Coenobio S. Ioannis Regum habitis an. 1645.
tota Religio Minorum in singularem elegit patro-
nam *Beatam Virginem Dei Genitricem MARIAM*, qua-
tenus in ipsa Conceptione ab originali culpa non immu-
nus ac libera. Vide Armament. col. 556. Velazquez,
fol. 166. Ex hac Religione ortum habuit ad ann.
1616. illud pro hac materia *Conceptionis summum Virginis MARIAE elogium*, scilicet: *Quod non solum fuerit libera à peccato originali de facto sed etiam à debito proximo illud contrabendi*, quæ sententia nunc ferè com-
munis est, & recepta in omnibus scholis. Vide Joan.
Antonium Velazquez libro 3. de MARIA Immaculatae concepta, dissert. 3. adnot. 3. num. 7. folio 292. &
fol. 290. num. 2. Salazarium cap. 10. num. 7. & Gra-
nados, qui item latè narrant.

Hieronymiana Religio, seu Ordo Sancti Hieronymi communiter dictus, semper fuit affectus pi-
& sentientie de *Immaculata Virginis Conceptione*. Ita Hieronymus de Ormachea in *Canticis Cantorum*, Prolegomen. 3. fol. 154. num. 178. Armament.
in Reg. col. 541. Velazquez fol. 364. Missale ejus-
dem Ord. habet *Missa in Conceptione B.V. MARIAE*, fol.
159. Incipit Introitus: Sanetificavit hodie tabernaculum suum Aluissimus. Impress. Calatagustæ ann.
1548. Ordenado segun ei rito y ceremonias de nu-
estro Padre S. Jeronimo: de la *Concepcion de nuestra Señora* se haga doble mayor, titulo 2. 6. 9. Impress. Salmantica 1582. in 4. Item, Pius V. an. 1567. con-
cessit omnibus Monasterijs hujus Ordinis, quod
tempore cuiuscumque tam generalis, quam speci-
alis Interdicti, Officium divinum & Missa tam per
Religiosos, quam Religiosas alta voce & januis ap-
pertis, in die *Conceptionis Beate Virginis*, publicè diei,
celebrari, & cantari possit. Ita Frater Garcia a Toledo in *Compendio privilegiorum hujus Ordinis* excuso. Matri anno 1503. Armament. in Reg. col.
742. Pistoia folio 189. Item, Pius IV. favores in hono-
rem *Conceptionis* à prædecessoribus concessos Hie-
ronymianæ Familiae auxit & ampliavit. Ita Christo-
phorus de Vega in *Theologia Mariana Palest.* 3.
cert. 9. numero 310.

Matris Dei Religio, seu Clericorum Congregatio
tota est dc ditta huic mysterio *Immaculatae Conceptionis*, cuius unicus testis sit R. P. Hippolytus Mar-

accius amicus noster, qui tot pro ipso editit
libros; imo paullus est adversa, quæ constantissime
sustinuit & sustinebit.

Mercedis Religio, sive Ordo B. MARIE de Mer-
cede Redemptionis Captivorum, fundata fuit ex
revelatione divina in memoriam *Immaculatae Concep-*
tionis Deiparae Virginis MARIAE; id cooptie vestes la-
neas & albas semper & ubique portat. De quo
vide Armament. in Reg. col. 541. Joannem Anto-
num Velazquez libro 4. de MARIA *Immaculatae*
concepta dissert. 9. adnot. 1. num. 11. fol. 364. Item,
Provincia Aragonia, quæ est primaria hujus sacre
Religionis, habet pro sigillo *Immaculatae Concep-*
tionis Virginis MARIAE. Ita P. Torres fol. 522.
Armament. in Reg. col. 542. Velazquez, ut infra.
Item, ad finem Orationis mentalis singulis diebus
piè recitat Commemorationem de *Immaculatae Concep-*
tionis, dicendo Antiphonam: *Conceptionis tuae*,
&c. & Orationem: *Deus, qui Immaculatam V.*
MARIAM, ut digna Filii tui Mater existet, ab omni
labe peccati in Conceptione sua prelervalisti, &c. Item,
in Constitutionibus Ordinis, habetur dist. 1. cap. 10.
quod Fratres isti Religionis portent vestes laneas & omnino albas propter cultum & memoriam *Immaculatae Conceptionis Deiparae Virginis MARIAE*. Vide
Auctores supra relatos. Item, in Diuinali hujus Religionis ponitur festum *Immaculatae Conceptionis* cum
officio singulari, quod integrum alibi damus. Extat
imprell. 1511. in 12. folio 74. Item, in Missali
antiquo hujus Religionis folio 138. habetur *Missa in fejo Immaculatae Conceptionis Beatisima Virginis MARIAE*. Introitus: *Egregiimi. Oratio: Deus, qui Immaculatam Virginem MARIAM, ut digna Filii tui Mater existet, ab omni labe peccati in Conceptione sua prelervalisti, &c.* Alia ut in officio Nogerolisi. Item, in Se-
quentia pro Annuntiatione Virginis MARIA vocatur *Deipara Rosa sine spina*. Et in Sequentia de Assumptione: Ab æterno vas prævistum, vas insigne, vas excisum manu sapientiæ. Salve Verbi sacra Par-
rens, flos de spina spina carens, flos spineri gloria. Itē, in alia Sequentia ad Virginem MARIAM: Ave Vir-
go singularis, quæ per rubrum designaris non pa-
lum incendia, &c.

Minimorum Religio, seu Sancti Francisci de Paula, ab exordio foundationis solemnii ritu celebravit
festum *Immaculatae Conceptionis*. Ita P. Torres, folio
533. Armament. in Reg. col. 540. Velazquez, fol.
365. Item, in Capitulo Generali multis abhinc
annis Valentia celebrato publicè defensâ fuit *Beatisima Virginis immunitas* non solum à peccato originali, sed etiam à debito proximo illud contrabendi. Sic
P. Breton in sermone quadam de *Conceptione*, apud eundem Torres. Vide Auctores supra ci-
tatos. Item, in civitate Valentia ad an. 1541. die
23. Maij fecit hanc Constitutionem: *Si festum Concep-*
tionis Virginis cadat in unam quatuor Dominicarum Adventus, propter Rubricarum varietates &
Provincialium consuetudines, ad evitanda quædam, quæ evenire possent, visum fuit Patribus,
quod Fratres semper conformare se debeat cum Provincijs & Patrijs in quibus demorantur, sicut
habetur de festis Annuntiationis, &c. folio 63. à
tergo. Lib. impress. Venetijs 1596. in 4.

Præmonstratenſis Religio, seu Sancti Norberti,
instituta ac fundata fuit, præcipiente Beatissima Virgine MARIA, in honorem purissima Concep-
tionis: & sub hac tutela Calixtus Papa II. confirmavit Religionem, atque ei albas vestes affligavit
absque

absque alterius coloris mixtura. Ita Bernardus de Leon in præfatione ad Lectorem tom. 1. Opuscul. Philippus Bernal. Tract. de Concept. discurſ. 3. fol. 36. Armament. col. 475. Velazquez fol. 363. Item, à prima sui institutione festum Beatæ MARIAE Virginis sub titulo puræ & mundæ Conceptionis celebravit; ut constat ex ipsius Missalibus, Breviarijs, ac Ritualibus. Vide Autores supra citatos, & nostrum Chorum Caſtrorum. Item, hujus Religionis privilegia à Ludovico XI. & Carolo VIII. Francorum Regibus sub titulo parvissime Conceptionis fuerunt approbata. Vide Autores supra citatos, Ludovicum XI. ac supra Carolum VIII. Item, hæc Religio habet plures Ecclesiæ ac Monasteria sub titulo purissime Conceptionis; ut est Basilica in Episcopatu Oxomensi, &c. Vide Armament. in Reg. col. 476. Item, Generalis Minister istius sacræ Religionis (dictus Adamus) cum toto suo Capitulo litteras expedivit, ut in Conventu Osterociensi in Bavaria festum purissime Conceptionis celebraretur. Ita Christopherus Godolevus tom. 3. de Metropoli Salisburgensi, Paulus de Zamora in approbatione lib. Philippi Bernal. Armament. col. 477. Item, ex Constitutione hujus sacræ Religionis habetur, quod Fratres debeant jejunare in Vigilia Assumptionis, Nativitatis, Conceptionis, Purificationis Beatissimæ Virginis MARIE. Sic extat in Statutis dist. 1. cap. 10. Lib. impress. Parisijs anno 1632. Et in Statutis vetustissimis editis anno 1322. sic legitur: De Conceptione ejusdem Virginis per omnes Ecclesiæ nostri Ordinis fiat Duplex festum, & in Officio tam diurno quam nocturno fiat per omnia sicut de ejusdem Nativitate, mutatis nominibus. Ita Adrianus Moerbetius in Introduktione de Conceptione, fol. 131. tomo 2. Et infra, inquit: Perseverat apud Pramonstratenſes traditio, quod ipsa Dei Genitrix MARIA S.P.N. Norberto appartenens, hujus mysterij cultum & venerationem sollicitè commendarit, immò vestem ei candidam attulerit, quâ ipse & sub eo militari Fratres uterentur, in testimonium originalis Beatæ MARIAE innocentie, ut & vita, verbo & habitu ejus Conceptionem sine macula suisse profiterentur, &c. Moerberius tom. 2. fol. 132. Wadding. orat. 10. Augustinus Wikmans ad. item 8. Decemb. Vide etiam D. Virginem Candidam R. P. Gerardi van Herdegon, impress. Bruxellis 1650.

Servitarum sive Servorum Beatæ Virginis MARIE sacra Religio, piam opinionem seu veram & certam sententiam de MARIA Immaculata concepta semper & ubique amplexata est, ut refert Aegidius de Præsent. lib. 3. de Præservatione Virginis, quest. 6. art. 4. §. 3. numero 10. Item, inter Indulgencias concessas Fratribus istius Religionis numerantur illæ festivitates, scilicet Conceptionis, Nativitatis, Purificationis, Annuntiationis, Visitacionis ac Assumptionis, in quibus habent indulgentiam plenariam, & remissionem ab omnibus peccatis. Ita Franciscus Felix de Canales super Psalmum 115. in principio. Item, visitantibus Ecclesiæ prædicti Ordinis infestivitatibus Dominæ nostra, videlicet Assumptionis, Nativitatis, Conceptionis, Visitacionis, Præsentationis, Unificationis & Annuntiationis, a primis Vesperris usque ad oecatum solis, concessit Sixtus IV. indulgentiam plenariam, Honorius VIII. fortè IV. quadraginta annos, Nicolai V. octoginta, & octuaginta quadragena. Leo X. septem an. & duodecim quadragena. Bonifacius VIII. quadraginta an. Innocentius IV. mille annos. Innocentius VIII. tres ann.

& centum quadragena. Gregorius IX. octingentos annos & octuaginta quadragena. Indulgentiarū. Ita Franciscus Felix de Canales, in libro dicto: Israël liberata, & explicatio litteralis Psalm. 115. in principio. Item, qualē & quantam devotionem hæc sacra Beata MARIE Virginis Religio habeat ad ipsius Immaculatam Conceptionem, ex parte secunda Annalium ipsius defumenda est: Centuriā enim erat, libro 1. cap. 12. num. 6. ad annum Christi 1444. & 1445. hæc habent: Cūque eisdem illis diebus Decretum Basileensis Concilij de feſto Immaculatae Conceptionis Beatæ MARIAE Virginis solemnī ritu quotannis celebrando, paſſim & ubique plausibili Reipublicæ Christianæ conſciōne divulgaretur, breviq[ue] ab omnibus pia religione coleretur, Ordo Servorū ut præ ceteris hujusmodi honores Sofpitatrici & Patronæ suæ Dei Matri promptiori animo exhiberet, annuas quasdam pro eo die Rogationes per Urbes publicè instituit, quarum adhuc consuetudo nonnullis in locis vigeret, utpote Senis & Perusij, ubi ex Senatus consenuſ & Eugenij induito publicè preces & antiqua vota servantur, &c. Prædicti Parres Scrivitæ recitant Officium de Conceptione Beatæ MARIAE Virginis duplex secundæ classis, cum octavas & in primo die dicunt omnia ut in Breviario Romano; pro alijs autem diebus infra octavam habent officium proprium, ut videre est in prædictorū officio proprio imp. Romæ apud hæredem Bartholomai Zanneti 1629. ibi etiam dicitur quod sit approbatum à Sede Apostolica. Item, extat Breviario huius, vel verius Congregat. Caffinensis, in officio Beatæ MARIAE Virginis (quod in prædicta Religione seu Congregatione recitatur, & fuit impressum Venetijs anno 1601. folio 143.) sequentes habens Commemorationes de Conceptione Virginis MARIAE. Salutatio ad Virginem MARIAM de septem ejus festis præcipuis:

Ave cuius Conceptionis
Solemni plena gaudio
Cœlestia, terrena
Nova replet latitudo.
Ave cuius Nativitas
Nostra fuit solemnitas;
Ut lucifer lux oriens
Verum solēm præveniens:
Ave clemens Virgo pia;
Virgo dulcis o MARIA!
Cuius est Præsentatio
Nostra Deo dicatio.
Ave pia humilitas,
Sine vix secedit;
Cuius Annuntiatio
Nostra fuit redemptio.
Ave præclarus Domina,
Iuxter omnes humilitas;
Cuius est Visitatio
Nostra humiliatio.
Ave vera Virginitas,
Immaculata castitas;
Cuius Purificatio
Nostra fuit purgatio.
Ave præclara empibus
Angelis virtutibus,
Cuius sunt Assumptio
Nostra glorificatio.

Oratio: Deus qui nos Conceptionis, Nativitatis, Præsentationis, Annuntiationis, Visitacionis, Purificationis & Assumptionis Beatæ MARIAE semper Vir-

Virginis gaudia recolendo latifidas; concede nobis sic ejus laudibus dignè insistere, & eam venerari & amare in terris, ut eam in omni necessitate & angustia, præcipue in hora mortis assistentem & auxiliatricem sentiamus, & tecum post mortem per ipsam & cum ipsa gaudere mereamur in celis. Amen. Deinde in Litanis Laurentianis ponuntur deprecationes, sicut in Litanis magnis Ecclesiæ: Salve consolatrix vivorum & mortuorum, ora pro nobis; ut propitius sit nobis Deus, intercede pro nobis Virgo gloriofa. Per salutarem Conceptionem tuam, libera nos Virgo gloriofa. Per jucundam Nativitatem tuam, libera &c. Et in eodem officio in Appendice, seu Thesauro cœlesti stationum Urbis fol. 197. de Indulgencij quotidianis dicitur, quod Innocentius Papa VIII. concessit omnibus Patribus prædictæ Congregationis omnes & singulas Indulgencias Ecclesiærum omnium Urbis tam intra, quam extra & propè: ac per consequens frumentur Indulgencij concessis pro festivitate Conceptionis prædictæ Urbis, de quibus aliás, &c.

Societas Jesu, Religio à Sancto Ignatio de Loyola Hispano fundata, inter alias causas præcipue divino Numinis fuit erecta atque fundata in Ecclesia Dei his novissimis temporibus, ut docendo, exhortando, scribendo, prædicando ac in privatibus colloquijs consulendo, omnibus modis atque rationibus tueretur immunitatem Virginis Dei Matris MARIAE à peccato originali, neconq; eius præservationem. Vide Joannem Antonium Velazquez, lib. 4. de MARIA Immaculatæ concepta, dissert. 9. adnot. 3. fol. 368. Imaginem 1. saeculi lib. 1. capite 5. Eusebium Nieremberg. in vita P. Alphonsi Roderici §. 13. pag. 650. Joannem Burghesium, lib. de Patrocinio Virginis, cap. 10. Armament. in Regest. fol. 543. Item, eius Fundator ac Patriarcha Sanctus P. Ignatius cum decem Societatis sua viris primis, in Academia Parisiensi jurejurando, ac voto se adstrinxit propugnationi, ac defensioni immunitatis Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIAE. Vide Velazquez ubi supra, Novaes fol. 338. & verb. Ignatius. Item, quinta Congregatio Generalis hujus Religionis speciali decreto seu constitutione sanxit, ut de Conceptione Beatae MARIAE sequantur Patres sententiam, quæ magis hoc tempore communis, magisque recepta apud Theologos est. Hanc constitutionem alibi damus integrā. Vide Velazquez, fol. 369. & Armament. in Reg. col. 543. & Auctores ibi citatos. Item, hujus sacrae Religionis inter alias Christiani orbis singulare, atque laude & observatione dignissimum est, quod nemo hucusque inventus sit in ea, qui contra ipsam opinionem de Immaculata Conceptione Virginis sentierit, docuerit, prædicaverit, vel minimum locutus sit verbum, sine ullius unquam dissensu, sed potius unanimi consensu. Nullus est, nec fuit Societas filius, Scriptor, Theologus, Scholasticus, Moralis, vel mysticus sacrae Scripturæ Interpres, Concionator, Magister spiritualis in privatis colloquijs, Historicus, vel quocumque modo lingua docens vel calamo scribens, qui opinionem plam de MARIA Immaculatæ concepta pro viribus non sustinuerit & defendenter. Sic notavimus in Regest. Armament. col. 543. Vide Velazquez, fol. 372. Novaes, fol. 328. Item, in Compendio privilegiorum sic habetur: Nostri, qui dieunt Missam Conceptionis Beatae Virginis, vel audiunt illam, ac intendunt orare pro Leone X. qui

id concessit, & pro universali Ecclesiæ Indulgentiam plenariam consequuntur. Extant haec verba in lib. impress. Romæ 1586. titulo de Indulgencij §. 14. fol. 49. Item, in Concilio Tridentino Patres ejusdem Societatis Didacus Laynez & Alphonius Salmeron multum laborarunt, ut ab illo generali decreto: Omnes in Adam peccaverunt, Virginis Dei Matris MARIAE Immaculatus Conceptus eximeretur. Velazquez, fol. 369. Item, in primis Disputationibus Theologicis, quas publice sacrae Societatis Religio in Collegio Romano, ipso metu Sancto Ignatio præfente, fovente, ac faveante habuit, principalis assertio existit, MARIAM Dei Matrem ab originaria labe fuisse immunem. Ita liber intitulatus: Imago primi saeculi Societatis Jesu; Velazquez, lib. 4. de MARIA Immacul. concepta, fol. 369. Decretum Congregationis Generalis quintæ Societatis Jesu, num. 41. Sequuntur nostri Doctores in Scholastica Theologia doctrinam Sancti Thomæ, neque deinceps ad Cathedras Theologicas promoveantur, nisi qui S. Thomas bene affecti fuerint. Qui vero ejusdem Autoris parum studiosi, vel etiam ab eo alieni sunt, à docendi munere repellantur. De Conceptione autem Beatae MARIAE ac solemnitate votorum, sequuntur sententiam, quæ magis hoc tempore communis, magisque recepta apud Theologos est. Exstat fol. 384. Lib. impress. Romæ 1616. in 8.

Tertius Ordo de Penitentia Sancti Patris nostri Francisci publicè fecit Granatæ votum, seu juramentum tuendi & defensandi mysterium Conceptionis, sub hac forma: Yo N. juro quanto es lictio, y se me concede por la Sede Apostólica de defender, amparar y enfechar en publico, y en secreto, que la Virgen MARIA nostra señora preventida de la gracia del Espíritu Santo fue concebida libre de la mancha de la culpa original. Lo qual juro, y prometo así Dios me ayude, y estos santos Evangelios. Et qual dicho juramento queremos, que hagan todos los que huviieren de profesar nuestra Regla y lo firmen de sus nombres &c. Fecho en Granda hoy Martes 28. de Junio de 1650. Exstat impress. Granata 1651. in 4. folio 183. Hic adiungo prætermissam superius Tabulam Capituli generalis Ronæ celebrati die 1. Maij anno Domini 1605. folio 43. de Statu celeberrima sententia de Immaculata Beata Virginis Conceptione Caput unum. Lib. impress. Romæ 1626.

Trinitatis Sanctissimæ Religio ab exordio sue fundationis celebravit festum Conceptionis Beatae Virginis sub titulo Immaculata, & præservationis cum octava. De quo latè Reynofus in lib. inscripto: Probatio Conceptionis; impress. Toleti anno 1616. à fol. 2. atque nos in Regest. Armament. col. 540. Item, in hac Religione fundata fuit Confraternitas Mancipiorum sive Congregationis de Ave MARIA per venerabilem atque devotum P. Fratrem Simonem de Rojas inclita Reginæ Hispaniarum Elisabethæ Confessarium; quæ Congregatio addictiissima fuit mysterio Immaculata Conceptionis; ut videre est in ipsius Statutis const. 26. folio 31. sic dicentibus Hispanicè: Que traigan todos los Congregantes Rosarios blancos enfartados en cordones azules; pues con estos dos colores, se representa la pureza virginal, y purísima Concepción de nuestra señora. Devoción que en estos tiempos a pueblo Dios en los corazones de todos los fieles, para que se enciendan en devoción de la dulcissima María Reyna.

Reyna de los Angeles, Madre de Dios y Señora nuestra &c. Ex lib. impress. Salmanticae 1626. Item, eadem sacra Religio ter in die Commemorationem *Immaculatae Virginis Conceptionis* agit, post Matutinum & Completorium cum Antiphona: *Concepcion tua*; & post Meridiem cum alia: *Gaudete Dei Genitrix*. Vide Armament. col. 541. Item, Robertus Gaguinus hujus præclaræ Religionis Generalis Minister, fuit qui contra Vincentium Bellum de Castro-Novo pro *Immaculata Virginis Conceptione* versu & prosa pugnavit. Vide verb. Robertus Gaguinus. Item, est etiam obseruanda antiqua hujus sacræ Religionis consuetudo solvendi jejunitum in die *Conceptionis*, quamvis in Adventu celebretur, ut solvunt fideles in die Nativitatis Domini cùm celebratur feria sexta: quod in signum solemnitatis, & à multo tempore celeberrimæ, argumentum est, ut dicimus in Reg. nostri Armament. Seraph. col. 541.

REMIGIUS Florentinus, Poëta, Theologus & Historicus Italus, in Cantione ad Beatam Virginem Cælorum Imperatricem, sic cecinit:

*Vergine pura cui l' eterna è sanita
Prima cagion da cui depende il tutto
Hebbe del esser mio principio è forma;
Onde l' arbore nazque, el seme, el fruto
Contrario à quel della dannata pianta,
Che conduse à morir la humana morta,*

in libro dicto: *Il tempo d' ll' Imperatrice de ieli* &c. à folio 30. Impress. Venetijs 1613. in 12.

REMIGIUS Florentinus, Ordinis Prædicatorum Italus, in die *Conceptionis Virginis MARIE* Conc. seu Lectionem, in lib. à se converso Italice de lectione Evangeliorum & Epistolarum per totum annum. Impress. Venetijs 1623. in. 4.

REMIGIUS Rufus Candidus Gallus, edi curavit Decachordum Christianum Marci Viguerij Ordinis Minorum ac S. R. E. Cardinalis, in quo chord. 3. cap. 7. fol. 80. *Immaculata Conceptionis Virginis MARIE* mysterium tuerit. Lib. impress. Parisijs 1517. in 8.

RENATUS Benedictus Angevin, Doctor Parisien. in libro: *La vie de Jesus CHRIST*, &c. in tabula festorum totius anni, festum *Conceptionis Virginis MARIE* commemorat. Item, folio 5. cap. 2. *Quod B. Virgo ex speciali privilegio è ventre materno fuit preservata à peccato originali*, &c. Lib. impress. Parisijs 1582. in folio.

RENATUS à Castaneo, recognovit Opera S. Anselmi Cantuariensis super Epistolas Pauli, in quibus est celebris illa sententia *preservans Virginem à peccato originali*. Vide Epist. 3. ad Corinthios, cap. 5. impressio anni 1534. in fol.

RENARDUS Lutz Christopolitanus, in Homilijs supra *Evangelia* totius anni, Homiliæ in festo Assumptionis divæ Virginis ac Genitricis Jesu, inquit: *Fuisse autem divam Virginem corpore defunctam credere fas est, quandoquidem omnibus hominibus statutum est temel mori, dicente Apostolo: si de prærogativa, & immunitate à peccato originali varia diliputentur. Doctus Augustinum exactius consulit. Et ad marginem habet: De Genesi ad litteram, & Irenaeum libro 10. cap. 18. libro 3. cap. 21. Extant hæc folio 365. col. 2. Lib. impress. Basileæ 1557. in folio.*

Item, Homiliæ in festo Annuntiationis, fol. 218. de Beatae Virginis puritate, sic inquit: *Ergo MARIA tempore Domini est inviolatum*. Item, infra: *Gratiæ plena*

dicitur, inquit Ambrosius, que sola gratiam, quam nulla alia meruerat consecuta est, ut gratia repletetur Auctore. Perinde est igitur ac si dixisset: *MARIA ecce perte mutabitur natura protoplastorum, culpa derelictio in benedictionem convertetur*. Et parum infra: *Benedicta tu; quia Eva universalis mali initium ex seipso & afflatu maligni, & proinde maledicta fuit; sic tu MARIA ex Dei dono rotus boni gratia et initium eris. Mater generis humani, pretium intulit mundstu verò salutem afferes illi, & proinde es benedicta*.

Item, in Methodo Religionis Christianæ, etate 3. fol. 502. inquit: *Verè gratia plena, quando tota simul se insufflit in eam plenitudo gratiae, quia etiam totius gratiae Auctorem paritura erat, &c.*

REVARDUS Magister & Decanus Lovaniensis, approbat Sermonem Magistri Historiarum Petri Comestoris de *Immaculata Virginis Conceptione*, ut videre est in ipso libro impress. Antwerpiae 1536. in 8. parvo.

RICHARDUS Anglus, qui claruit ad annum Incarnationis 1240, edidit Tractatum seu Librum de *Immaculata Conceptione Virginis MARIE*, ut refert Marracius in suo Catalogo manucrip. pag. 2. & in Bibliotheca folio 326. Ex anno videtur hic esse diversus à Richardo de Mediavilla etiam Anglo, de quo Pitseus, Leon & alij.

RICHARDUS Gibbonus, Societas Jesu Anglus, in Catalogo de præcipuis Beatissimæ Deiparæ festis, 1. elenchum adducit in festo *Conceptionis Beatae Virginis MARIE*. Extat impress. cum Opere seu Mariali Richardi à Sancto Laurentio ad finem, Duaci an. 1625. in 4. ibi refert 22. Doctores.

RICHARDUS à Sancto Laurentio, Ordinis Cisterciensis, in libro suo celebri de *Laudibus V.* lib. 1. pag. 3. inquit: *MARIA est mare propter gratiarum plenitudinem. Unde dicta est gratia plena: in mari enim nec fundus nec mensura est. Nam MARIA accepit gratiam ad mensuram aliorum, &c.* Si solū accepisset gratiam sanctificationis, hæc mensura in alijs fuit, scilicet Joanne & Ieremia. Sola igitur preservationis gratia non habet mensuram in alijs, quia hanc gratiam nullus accepit nisi MARIA.

Item, libro 5. ad illud: *Tota pulchra es amica mea, &c.* Tota enim pulchra est anima, cui nihil inest spiritualis turpitudinis, id est vitij & peccati. Talis verè fuit gloriofa Virgo, quæ nec primam similem habuit, nec habitura est in utroque. Propterea primum dicitur de ea *Sapientia 7. Sincera est, & ideo nihil inquinat in illam incurrit*. De secundo dicitur de ipsa Ecclesiast. 24. In me omnis gratia via & veritatis. Et bene dicit: *Omnis gratia; nulla enim definit ei virtus, nec puritas Angelorum, &c.* Si nulla in MARIA spiritualis turpitudo neque peccatum; igitur neque originale: & si habuit omnem gratiam viæ; ergo & justitiam originalem, quæ fuit gratia viæ, scilicet viatoris Adami & Evæ.

Item, lib. 10. explicans quomodo MARIA sit locus sanctificationis nostræ, inquit: *Qui ipsam ad hoc mundam fecit & sanctificavit Christus, ut posset mundare & sanctificare nos, &c.*

Item, lib. 1. de *Laudibus Virginis* adducit auctoritatem illam Sancti Fulgentii: *Salutationem coelestem illi exhibuit. Cum dixit: Gratia plena, ostendit ex integro iam exclusam primæ sententia, & plenam benedictionis gratiam restitutam. Et infra: Quomodo enim, cum tota gratia plenitudo descendisset in eam, vacuum aliquid reliquerit in ea?*

Rrrr sic

sic etenim usquequa*mpleta* est grati*a*, ut n*ihil* in ea culpa obtinere*n*, nihil in ea culp*e* reli*c*um esset, &c. Si nihil culpa obtinuit in MARIA, igitur nec originale peccatum. Si usquequa*mpleta* est grati*a*, ergo a prim*o* instanti sue Conceptionis.

Item, libro 4. explicans illud Job 28. Non confertur lapidis sardonycho pretiosissimo, inquit: Per quem potest significari Adam in statu innocentiae, qui etiam quando totus fuit innocens, non potest comparari MARIAE comparatione aequalitatis, &c. Item, libro 12. inquit Beata Virgini nulla defuit virtus, nec puritas Angelorum, nec fides Patriarcharum, nec scientia Prophetarum, nec zelus Apostolorum, nec innocentia aut humilitas Virginum, &c. Eva in paradi*so* fuit virgo & habuit innocentiam originalem; igitur MARIA hanc habuit. Item, explicans quomodo V. MARIA sit diademata, libro 3. inquit: Dicitur diadema, quasi duo demens, scilicet principium & finem, id est, originale peccatum (quod est principium omnis mali, & peccatum aeternum, ad quam tendit omne peccatum mortale). Item, lib. 1. cap. 3. Sal in vase novo, Sapientia Dei in utero Virginali, quasi in corpore non subditio peccato*t*. Item, libro 2. Credamus quod Immaculata, & sine peccato vitam duxit in mundo, prae*s*ervata a Sapientia Dei, quae non intrat in malevolam animam, neque habitat in corpore subditio peccatis: ipsam enim velut pupillam oculi semper ab omni nocivo Deus Trinitas conservavit. Unde dicit de ea: Nocte & die servo eam, indignitas non est mihi. Item, libro 5. Damacus interpretatur sanguinem bibens, hoc est diabolus, qui temper sitib*e* sanguinem peccatorum. Contra ejus infidias opponitur nos*us*, id est, discrecio Beatae Virginis, quae ipsius praesentia maiestiam, & a longe prae*v*identia quasi de speculo. Unde & turri comparatur, a qua de longe inimicorum videntur incursus, &c. MARIA igitur in sua Conceptione a longe prae*v*ident, non de prop*e* experita est incursus inimici. Item, libro 4. inquit ex Bernardo: Hec est Civitas sancta, quae prae*r*ogativa iuritorum omnem transcendit creaturam, ad evacuandam omnem potestate*m* inimici, quae sola in omni generatione linea dicere potest post Filium: Princeps hujus mundi in me non habet quidquam Joann. 14. & Joel. 3. Erit Jerusalem sancta & alieni non transibunt per eam, &c. Pro illam universalem: Omnem transcendit creaturam, nulla excipitur; igitur nec per illam: Omnem potestatem inimici evanescit, etiam originalis; & si Princeps hujus mundi, vel diabolus, vel peccatum in MARIA non habuerunt quidquam; ergo nec aliquid. Item, lib. 8. loquens de Virgine MARIA: Hec est petra super quam non est inventum vestigium colubri, &c. vel diaboli, vel serpentis paradisi, vel peccati originalis. It*e*, libro 5. Ad hujus puritatis excellentiam, nullam alicuius sancti pertingere sciimus sanctitatem, nisi solius MARIAE, quae tanto divinitati erat vicinior, quanto Spiritus sancti munibus ornator, qui membra ejus veluti in quadam virginitate custodiebat, ut nulli omnino subiaceat corruptioni, &c. Nota haec ultima verba, quae non loquuntur de corruptione corporali, sed spirituali. Item, libro 12. Multo enim beatior fuit MARIA quam Adam, & quidquid per Adam amisimus, nobis per MARIAM restitutum est cum multo selenore gratiarum. Et libro 1. Con-

grue appellatur Christus fructus, quia sicut fructus bonus arborem, vel terram de qua nascitur commendabilem reddit, sic & Christus Virginem gloriosam, de qua tota benedicta totus est natus benedictus. Unde & ei dicitur: Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tuus quia fructus facit cognosci qualis sit terra, vel arbor unde oritur. Item, libro 2. Idcirco MARIAE constitutere debemus diem solemnum in condensis (sicut docet Psalmus 17.) ei dicentes: Hec est dies, quam fecit Dominus; & voluit custodire ad honorem Matris sue diem Conceptionis. Et libro 7. ad illa verba Job 38. vers. 12. inquit: Diluculum dicitur ortus MARIAE, quia fuit diluculum diei gratiae; quia usque ad ipsam duravit nox, quam prima mater in mundum introduxit. Item, lib. 1. inquit: Per hoc quod MARIAE dictum est: Ave, id est, sine omni re, nos*us* immunitas ab omni peccato. Unde ei dicitur Cantico. 4. Tota pulchra es amica mea, ab originale peccato sanctificata in utero, &c. Auctor iste (ut colligitur ex diversis eius libri locis) generationem ipsam parentum vocat conceptionem prolixi, & concupiscentiam generationum peccatum originale geniti, in quo quamplures antiqui Scriptores convenienter. Et codem lib. 1. cap. 3. inquit: Bene grata plena, quia quamlibet gratiam totam habens, & nihil de suo contrario. Hic liber est ter impressus ab aliquo Autoris nomine, & ultimo anno 1625. in 4.

RICHARDUS Linze, Societatis Jesu Theologiz Professor Salmanticae, Praeside P. Magistro Bernardino Rodriguez Ordinis Sancti Augustini, deinde Episcopo Guadicensi, die 13. Februario 1639. defendit Deiparam fuisse immunem a peccato originali. Impressum Salmanticae, eodem anno.

RICHARDUS de Mediavilla, Ordinis Minorum Anglus, in Tractatu seu libro super Ave MARIA, sic canit:

*Ave gaudens in prosperis,
Lux distincta praeceteris
A rebus obscuris;
A re cordis & operis,
Originis vulneris
In rigore juris.
Vt quod est ignorante,
Vellab*e* lab*e* innocentie,
Te non maculavit.
Tecum primum principium,
Ne contraheres vitium,
Inst*e* dispensavit.
A te, Mater & filia
Regis qui potest omnia,
Peccatum secerno.
Hec est summa decencia,
Derogam contraria
Honori Materno.*

Ita Joannes Vitalis Hispanus in suis Questionibus five Defensorio, lib. 4. Ancil. 5. & extant in alio originali Alani.

Item, scriptis cum jam esset senex pro Immaculata Conceptione Virginis MARIAE Librum unum, ut referunt plutes, Wadding, de Scriptoribus Ordinis Minorum, fol. 306. Daza de Concep. cap. 6. fol. 47. Marracetus ad annum 1300. & in Biblioth. fol. 328. Quae autem fuerit ejus mens in 3. Sententiis, dicam alibi.

RICHARDUS Mediolanensis, Ordinis Minorum, citatur pro mysterio Immaculate Conceptionis Virginis

Virginis MARIE à R. P. Petro de Ojeda in *Informata. cap. 15. fol. 62.* à tergo.

RICHARDUS Pamilotanus, Eremita Saxo, in lib. *Enarrationum super Job, fol. 92.* ad illud verbum: Peccavi, sic inquit: Dic igitur, dic, & apud temetipsum dic: Peccavi. Et bene dico, peccavi, quia ut ait Salomon: Non est homo super terram, qui vivat & non peccet. Et Joannes Evangelista: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosmetipios seducimus, & veritas in nobis non est. Refellitur ergo opinio quorumdam errantium, qui sustinere nituntur hominem in hac mortali vita posse vivere & non peccare. Sed hanc prærogativam numquam habuit creatura, *Beata Virgine excepta*, &c. Lib. impress. Coloniae 1536. in fol.

RICHARDUS de Pisibus, Ordinis Minorum, ut colligitur ex principio, in libro dicto: *Fasciculus morum*, part. 3. cap. 18. plura adducit in commendationem puritatis *Virginis MARIE*. Extat manus. in Biblioth. Universitatis Complutensis in 4. & incipit: Frater prædilecte.

RICHARDUS Radulphus Syrac, Ardinachanus vel Armachanus, Primas Hyberniæ, scriptor Sermonem de *Conceptione Virginis gloriose*, qui incipit: Ave MARIA, quem prædicavit coram venerabili coetu Cardinalium in ipso die *Conceptionis Virginis gloriose* in Conventu Carmelitarum Avignonensem. Ita Joannes Paleonydorus in libro de Antiquitate & Sanctimonia Eremitarum Montis Carmeli, lib. 1. cap. 1. fol. 2. ad finem. Impress. Venetijs 1570. in 4. Et prædictus Paleonydorus citat & adducit aliqua verba ipsius sermonis pro immunitate Virginis, quæ ego adduco verb. Joannes Paleonydorus. De hoc sermone etiam refert verba Simon Cohelo in *Compendio Chronicæ Ordinis Carmelitarum*, lib. 1. cap. 14. Vide *Cartagen. tom. 4. col. 419*. Item, edidit Sermonem, qui incipit: Sapientia ædificavit sibi domum, &c. pro eadem *Virginis Immaculata Conceptione*. De quo mentionem facit Joannes de Turrecremata in *Tractatu de Conceptione*, part. 3. cap. 2. fol. 163. Casanæus in *Paradiso Carmelitarum Præamb.* 35. num. 5. Leon & Joannes Vitalis *Ancil. 4*.

Item, lib. 8. de *Quæstionibus Armenorum*, cap. 15. fol. 64. col. 3. ad illa verba D. Petri: Tradebat autem se iudicanti iniuste, inquit: Si enim quisque dixerit haec dicta de adultis, non de parvulis; è contra poterit affirmari: quoniam pro tempore discretionis non potest intelligi, quia Jeremias & Joannes Baptista sanctificati erant ante eorum nativitatem, ut legimus, nec postea commiserant aliqua peccata ex ignorantia, quæ redemtionem per mortem Christi exigeabant. Et de *Dominis nostris tenendum est*, quid numquam peccatum commisit, quod redemtionem per Passionem Filii exigeret; quoniam non decusset, ut Mater summa justitia tam turpiter deliqueret. Item, inferius: Non dubium, quin multi ejusdemque èatis in ipsis gradibus etatum sine mortui, antequam peccaverunt mortaliter. Falsum est ergo de adultis pro tempore discretionis, quod Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrorum, &c. Sed huic sensui obviat illud, quod præcedit, pro causa: Omnes enim nos erravimus: unusquisque in viam suam declinavit. Et Psal. Dominus profexit super filios hominum, ut videat si est intelligentis aut requires Deum: Omnes declinaverunt simul, inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum,

non est usq; ad unum. Quod aut nullus, aut unus solus excipitur (igitur omnes præter illum unum, scilicet Christum, declinaverunt & facti sunt inutiles) intelligendum est ab origine, quoniam non dubium, quin postmodum multi fuerunt utiles. Constat igitur, quod omnes ab origine habent peccatum. Propter quod dicuntur errare & declinare, & esse inutiles. Propter quod Proverb. 20. dicitur: *Quis potest dicere: Mundum cor meum & purus sum à peccato? volens innuere, nullum potuisse verè dicere*. Si tamen peccatum nullum contrahatur in ortu, non dubium quin multi antequam peccarent, dicere possent utrumque; & quod mundum est cor meum, & quod purus sum à peccato; quoniam de immunditia à culpa videretur hoc dictum, &c. Lib. impress. & correct. per Joannem Sudoris Parisiis in folio.

Item, de hoc Auctore hæc ait Joannes Vitalis supra allegatus illius temporis Scriptor in suo *Defensorio*, libro 4. cap. 7. Quintus testis Dominus Richardus Syrac Armachanus Hyberniæ, qui primo aduersarius existens 3. dist. 3. Archiepiscopus factus id retractavit publicè in Sermone, quñ incipit: *Sapientia ædificavit sibi domum, ostendens in Conceptione Virginis nullam fuisse culpe originalis ruinam*; quia nullus sapiens architectus in domo dilecta fundamentum jacit ruinosum, &c. Hæc Vitalis.

RICHARDUS Smithæus, Episcopus Calcedonensis, in lib. *Florum Historiæ Ecclesiastice gentis Anglorum* lib. septem, &c. in Guilielmo primo Rege, fol. 242. sect. 4. de miraculis factis in Anglia sub Guilielmo I. inquit: Sub Guilielmo I. circa annum Domini 1070. contigit illud miraculum: Helsingio Abbatii naviganti in Daniam, & tempestate periclitanti visum apparuit, quo admonitus est ut curaret celebrari *Conceptionem B. Virginis*; quod cum esset pollicitus, tempestas sedata est. Quod festum postea S. Anselmus Cantuariensis primum celebravit, & celebrandum in sua Ecclesia constituit, ut refert Vincentius Barralis in *Chronologio Sanctorum Lirmensium* ex antiquis membranis Monasterii S. Pontii Nicensis, &c. Et ad marginem citat Harpesfeld, sect. 14. cap. 9. Lib. impress. Parisiis 1654. in folio magno.

RICHARDUS Stanihurtius Hibernus, in lib. *Hebdomada Mariana ex Orthodoxis Catholica Romana Ecclesia Patribus collecta*. Meditaciones piaæ de Beatissima Virgine MARIA, &c. feria secunda, in memoriam *Conceptionis Sanctissime Virginis*, &c. à fol. 21. usque 27. *Meditationem*. Lib. impr. Antuerpiæ 1609. in 12. regali.

RICHARDUS Victorinus, seu à S. Victore, Canonicus Regularis Scotus, de *Conceptione Beatae Virginis* Librum seu Sermonem unum, quem aliqui adscribunt Petro Trecenti seu Comestori: & sub istius nomine fuit impress. Antuerpiæ anno 1536. in 8. sed R. P. Franciscus Martini Carmelita illum adscribit Richardo Victorino: ex quo quamplices adducit auctoritates.

RICOLDUS Florentinus, Ordinis Prædicatorum, in libro: *Improbatio Alcorani*, qui incipit: Quot sunt dies servi tui, &c. cap. 9. vocat Virginem MARIAM paximam. Lib. impress. Hispani apud Stanislauum Polonum, anno 1520. in 4.

ITALIA sunt varia, quæ reperiuntur cum festivitate *Conceptionis*, Græcorum: (ut ipsi vocant) *Theotocia*, *Antologium*, *Euchologium* & *Lucer-*

narium paſſim vocant Virginem MARIĀ omnina puram, à cunctis cordibus Immaculatam ac Immaculatissimam super omnes, omnem ignorante maculam, ab omnibus naevi intactam, sine noxa, & in medio spinarum purissimum lilyum, omnibus modis innocentem & Immaculatam, &c. Quæ cuncta cum originali macula stare non possunt. Vide Joannem Eusebium in Sacro-syll. §. 9.

Diurnale Sanctæ Ecclesie Toletanae, habet Officium Conceptionis Virginis MARIAE folio 353. Lib. impress. 1507. in 4.

Item, in libro dicto: Octavarium Romanum, cuius titulus est: In quo ponuntur Lectiones secundi & tertii Nocturni singulis diebus recitandæ infra octavas festorum, praetertim Patronorum locorum, & titularium Ecclesiarum, quæ juxta Rubricas Breviarii Romani celebrari debent, à Sacra Rituum Congregatione ad utrum totius orbis Ecclesiarum approbatæ, additis in hac secunda editione tum Responsoriis, tum Lectionibus, quæ in prima ex eodem Breviario hinc inde quærebatur, &c. die 8. Decemb. Infra octavam Conceptionis Beatæ MARIAE, &c. & adducit Lectiones pro tota octava, incipiendo à die secunda. Lib. impress. Neapol. 1628. in 8.

Item, Antheologium Græcorum novum ad Horas Canonicas nocturnas, die Sancti Demetrij Martiris 26. Octobris, sic habet: Sine noxa in medio spinatum reperiris velut purissimum lilyum convallium ò Dei Mater, &c. Vide Joan. Euseb. Nieremb. lib. Excep. cap. 13. fol. 242.

Item, Catechismus Romanus ex decreto Sacrosancti Concilij Tridentini, iussu Pij V. Pontificis Maximi editus, in explicatione Symboli de 3. art. cap. 4. §. 9. Quod Christos secundus Adam & MARIA altera Eva recte dicitur, fol. 46. inquit: Solet interdum Apostolus Christum JESUM novissimum Adam appellare, cumque primo Adam conferre. Nam, ut in primo omnes homines moriuntur; ita in secundo omnes homines ad vitam revocantur: atque, ut Adam quod ad naturalem conditionem pertinet, humani generis parens fuit; ita Christus gratia & gloria Auctor est. Ad eum modum nobis etiam licet Virginem Matrem cum Eva ita conferre, ut priori Eva secunda Eva quæ est MARIA respondeat; quemadmodum secundum Adam, hoc est Christum, primo Adam respondere ostendimus. Eva enim, quis serpenti fidem habuit, maledictam & mortem in humanum genus invexit; & MARIA postquam Angelo credidit, Dei bonitate effectum est, ut benedictio & vita ad homines perveniret. Propter Evans nascitur filij iræ: à MARIA JESUM Christum accepimus, per quem filij gratia regeneramur. Eva dictum est: In dolore paries filios; MARIA hac lege soluta est, &c. Lib. impress. Venetijs 1621. in 8. Catechismus proportionaliter loquitur de Christo Domino respectu Adami, sicut & de Maria respectu Evæ. Sed proprius vice versa: eadem enim consideranda sunt in MARIA, quæ sunt in Christo Domino, excepto quod sit Deus, quod caput & redemptor, & similia, quæ consequuntur unionem & quæ cum puro homine stare non possunt: alia vero gratuita personalia, quæ in Christo fuerunt per naturam, pietas & scientia, non deberent denegari MARIAE. Item, si MARIA soluta est ab illa lege communis: In dolore paries; cur etiam non esset soluta à maledictione communis peccati originalis?

Item, Ceremoniale Monachorum Congregationis Cœlestinorum, in nocte Conceptionis Dominae nostræ habet pro Conceptione duodecim Benedictiones pulcherrimas, quas invenies in Armamentario nostro desumptas ex libro impress. Bononiæ 1549. in 8. & supra verb. Cœlestinorum Religio.

Item, Ceremoniale divini officij secundum Ordinem Beatae Virginis MARIAE de Monte Carmeli, fol. 518. in tabula Missalis habet hanc rubricam: In festo Conceptionis gloriosæ Virginis MARIAE duplex majus. Non dicitur Antiphona: Veni Sancte Spiritus. Introitus: Gaudeamus. Psalm. Eructavit. Vers. Gloria Patri. Gaudemus. Gloria in excelsis. Graduale: Benedicta. Versic. Virgo Dei. Alleluia, alleluia, Conceptio. Credo. Offertor. Felix. Commemorat. Regina. Et libro 2. rubrica 49 fol. 404. in Missa de Conceptione dicitur Introitus: Salve sancta Parens. In Oratione dicitur: In Commemoratione Conceptionis loco: In Conceptione. Allel. Virga Jesse. Si post Septuaginta nam Tractus dicendum fuerit, dicitur: Virgo MARIA. Si duo versus Alleluia dici debeantur; secundus erit: Per te Dei Genitrix. De Missa votiva temporis Paschalis in secreta Commemoratione loco: Solemni, dicitur.... In Praefatione: Et te in commemoratione Conceptionis dicitur. In post Com. dimittitur: Celebritatis annua. Et haec eadem Missa sic signata cum alleluia, dicitur tempore Paschali. Item, rubrica 20. quod tempore Adventus non dicitur Te Deum, nisi in die Conceptionis Beatæ Virginis, vel in quo tale festum celebratur. Lib. impress. 1616. in 4.

Item, Diurnale secundum morem alii Ordinis Sanctæ MARIAE de Mercede Redemptionis Captivorum: In festo Immaculatae Conceptionis Virg. MARIAE in primis Vesperis Antiphona: Sicut lilyum. Extat folio 74. à tergo. Impress. Vallisoleti 1540. in 12.

Item, Diurnale Rom. denuò recognitum, &c. fol. 145. Concep. B.M. duplex majus. Ant. Sicut lilyum, &c. Oratio: Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem, &c. Ad Matutinum. Invitatorium: Immaculatam Conceptionem. Hymnus: O gloriofa Domina, &c. Antiphona: Tota pulchra es MARIA, & macula originalis non est in te. Ad Laudes: Quam pulchra es. Ad Vespertas: Quam pulchri sunt, &c. Lib. impress. Parisijs anno 1538.

Item, Enchiridion præclaræ Ecclesie Sarum, devotissimis precatiōibus ac venustissimis imaginibus, & ijs quidem non paucis refertum, ad octavam diem Décembri adducit festum Conceptionis Beatæ MARIAE, passimque vocat Virginem MARIAmpuram, incontaminatam, &c.

Item, folio 69. in Oratione ad Virginem, dicit: Stella cœli extirpavit, quæ lactavit Dominum, mortis pestem, quam plantavit primus Parens hominum, &c. Et infra folio 208. à tergo: Ave rosa sine spinis tu, quam Pater in divinis maiestate sublimavit, & ab omnibz purgavit, &c. Lib. impress. Parisijs anno 1616. in 16.

Item, Euchologium, sive Rituale Græcorum, editum à R. P. Jacobo Goar Ordinis Prædicatorum, multa habet pro omnimoda Virginis MARIA puritate, ex quibus breviter sequentia transcribo. In ordinatione Episcopi dicitur de Verbo eterno: Hominem abjectissimum & totum in peccatum lapsu affumperit ex puris & Virgineis sanguinibus filius Immaculatus & mundissima Virginis, &c. Si ergo dum

dum agit de originali peccato & lapsu hominis, vocat Virginem puram & Immaculatam mundissimam, quod de prima puritate, sive per ordinem ad illam Adami macula loquatur, plusquam verisimile est. Item, paullum in eodem lib. commendatur puritas ipsius, vocando ipsam sanctissimam, intemeratam omnibus modis, unde quaque sanctam, super omnes benedictam & superbenedictam, Immaculatam omnibus nodis, inculpatam omnino, illibatam omnibus modis, Immaculatam totam & omnibus modis puram, protosanctam. Ac denique Ode 3. inquit: Non est præter te innocens quisquam, Immaculata Dei Genitrix, &c. Quoad omnia haec epitheta ad Conceptionem Virginis MARIE applicata lege Eusebium libro de perpet. object. Conceptionis c. 4. & capite 22. latè.

Item, Enchiridion seu Manuale Fratrum Minorum à quoddam Provinciali Sancti Jacobi editum & à Fratribus Provinciæ Aragonie typis madatum, fol. 127. Quomodo festum Conceptionis Virginis MARIE debeat celebrari tam in Vesperis, quam in octava. Hispali 1635. in 4.

Item, extat Litanie purissimæ ac Immaculate Conceptionis sacratissimæ Virginis MARIE extracta ex sacra Scriptura, & Sanctorum Patrum dictis ac autoritatibus, &c. ut habetur in libro impress. Neapolii 1641. in 12.

Item, Manuale Sacramentorum secundum usum aliam Ecclesiæ Toletanæ, &c. ad diem 8. Decembri, de Conceptione sancte MARIE Virginis cap. 6. Lib. impress. Granatae 1654. in 4. regali.

Item, Manuale seu Officiarium Sacerdotum secundum usum Parisien. ad diem 8. Decemb. Quod in festo Conceptionis Beatæ MARIE ab omni opere manuali & feriali est abstinentium. Lib. impress. Parisijs absque anno.

Item, Manuale Sodalitatis Beatæ Virginis, de Conceptione Beatæ Virginis Considerationes. Item, in Litanie de Conceptione Beatæ Virginis Dei Genitricis MARIE sequentia habentur, quæ ejus Conceptionem ab omni labe originali immunem & alienam ostendere videntur: Sine peccato concepta: Serpentis caput conterens: Lucerna inextincta: Speculum sine macula: Lilium inter spinas: Terra sacerdotalis immunis: Per Immaculatam Conceptionem tuam, libera nos gloria Virgo. Item, de eadem Immaculata Virginis Conceptione alia sparsim ibidem habentur, quæ nos brevityatis gratia omitimus: consule ipsum Librum impress. Antuerpiæ anno salutis 1600. in 12.

Item, folio 1. Indulgentia Gregorij XIII. pro die Conceptionis: Omnipotentis Dei. Nonis Decembri anno 13.

Item, Menologus Graecus 25. Martij Homilia de Annuntiatione inquit: Primo quidem providetia singulari perfecit, ut sacra Virgo ab ipso ritore sue principio tam omnino existeret pura, quam esse puram decepit ilam, que tanto bono, id est Christo, digna existeret, &c. Vide alia apud Joannem Eusebium lib. Exception. cap. 13. fol. 201. Item, Menologium Graecorum ad diem 9. Decembri: Commemoratio Sanctæ Annae Matris Deiparæ Virginis, &c. Exstat tom. 2. antiquæ lectionis Henrici Canisij folio 930. Lib. impress. Ingoladrij 1602. in 4.

Item, Ordo generalis divini officij recitandi juxta ritum Breviarij Romani in perpetuum, auctore Carolo Guyet Turonensi, ad diem octavam De-

cembris. Quod Conceptio Beatæ MARIE celebretur duplex majus. Impress. Flexia 1622. in 8.

Item, Promptuarium Ecclesiasticarum precationum in gratiam Laicorum compactum, de Conceptione Virginis MARIE officium. Parisijs 1581. in 12.

Item, Rituale Romanum, sive Familiare Clericorum, ad diem octavam Decembri adducit festum Conceptionis Virginis MARIE. Item, in festo Conceptionis Beatissime Virginis MARIE ad Tertiam Resp. breve cum cantu.

Item, in Tractatu de Coloribus Paramentorum, Quod in festo Conceptionis Beatæ Virginis sint paramenta sicut in aliis ejus festivitatibus. Lib. absque anno impressionis in Bibliotheca Collegij Romani sub titulo: Directorium divinorum officiorum.

Item, in Rituali Sacramentorum ad usum Mediolanensis Ecclesiæ à Sancto Carolo restituto, in festo Conceptionis Hymnum. Lib. impress. Medioli 1613. in 4.

Item, in Rituali Romano Urbani VIII. Pontificis Maximi iussu edito Illyrica lingua die 8. Decembri: Laetize Beatæ MARIE die 6. de vostr. Lib. impress. Romæ 1640. in 4.

Item, Rituale Graecorum, in quo continentur ritus & ordines divinæ Liturgiæ, Officiorum, Sacramentorum, Consecrationum, Benedictionum, funerum, Orationum juxta usum Orientalis Ecclesiæ, de Ordine sacri Ministri folio 9. vocat Virginem MARIAM Deiparam illibatam. Et in Orationibus Lucernarij, fol. 38. Sanctissimæ & illibatae, super omnes benedictæ, & fol. 49. & 42. & in officio Laudum folio 53. & in Missa sancti Joannis Chrysostomi folio 65. & 66. & 74. & folio 85. & in Missa Sancti Patris Basilij folio 170. Item, in officio Bigamos folio 408. Item, in officio minori aquæ benedictæ folio 442. & 443. & 445. & 446. Item, in officio Exequiarum folio 529. inquit: Qui prius Eam ex Adami costa primam omnium matrem formavit, in illibato tuo utero carne circumdatur, per quam mortis, o pura, dissolvit potestatem. Item, infra fol. 530. vocat Virginem MARIAM vas illibatum, templum intemeratum, arcam sanctissimam, Virginum sanctitatis locum. Item, in officio funerum Sacerdotis fol. 572. & fol. 576. Solam puram & illibatam & puram Dominam. Item, in officio agentis animam fol. 739. Item, in terræ motu periculo fol. 786. & 788. & in officio Dedicationis templi fol. 839. & 842. & in Canone supplici ad Deiparam, sive confessione peccatoris folio 874.

Item, in officio magni & Angelici habitus vocatur Virgo MARIA pura, quæ peperit benedictionem fol. 504. Item, tota pura & sola pura. Et in Officio Exequiarum sola pura, & illibata Virgo fol. 548. & 556. & in officio pro infirmis fol. 725. & in Exorcismo magni Basilij folio 725. & in Canone ad elementem Dominum fol. 772. & 773. & in pestilentialis morbi periculo folio 793. & in officio communis supplicationis fol. 856. & 858. ac in Canone supplici ad Deiparam sive confessione peccatoris fol. 872. & 874. & alibi paullum.

Item, vocat Virginem MARIAM Immaculatam in officio aquæ benedictæ, fol. 450. & in officio magni Angelici habitus fol. 501. & in officio Exequiarum: Non est præter te innocens quisquam, Immaculata Dei Genitrix fol. 529. & fol. 531. Omni creatura superior facta es, o Immaculata. Et in varijs lectionibus fol. 668. & in pestilentialis morbi periculo

folio 793. & in Canone supplici ad Deiparam sive confessione peccatoris fol. 782. Item, vocat Virginem Sanctissimam intemeratam, & super omnes benedictam in Missa Sancti Joannis Chrysostomi folio 63. & folio 83. & in varijs Lectionibus folio 394. Item, vocat Virginem MARIAM purissimam in varijs lectionibus folio 309. & in officio funerum Sacerdotis fol. 572. & pro pueris vita funeris & alibi spesissime. Item, vocat Deiparam Virg. MARIAM solam benedictam, & sanctam in officio Sacerdotis turpi somno polluti. Quae omnia reperies in libro ex Graeco in Latinum converso à R. P. Jacobo Goar Perusino Ordinis Prædicatorum. Impr. Lutetiae Parisiorum 1647. in folio regali.

ROBERTUS, absque alio cognomine, in sermone primo de Annuntiatione (habet enim tres de hoc mysterio) ad illud: Ave, sic inquit: Secundo modo in Virgine per Ave excellentia naturæ monstratur: quia ab alio triplici vœ immunis fuit, scilicet concupiscentiæ, culpæ & poenæ; de quo Apocalypsis 18. Aquila clamabat: Vœ, vœ, vœ, habitantibus in terra. Fuit ergo Beata Virgo sine primo vœ arumnæ, concupiscentiæ, peccati originalis, quia sine ea concepta est; Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Aut in ea omnino fuit extincta per Spiritus sanctificationem. Unde Psalm. Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus, id est, B. Virginem, in qua novem mensibus habitavit &c. Est Sermo impress. in infantia typographie aliquo loco & a cum alijs Opusculis & Sermonibus ejusdem Auctoris, & Gerlonis apud Cruciferos Namurei, in fol.

ROBERTUS Aquensis, Archiepiscopus Gallicus, in Concilio Provinciali Avignonensi subscriptio decreto circa festum Conceptionis Virginis MARIE editio, ut dicitur in Purp. Mariana, fol. 369.

ROBERTUS Bellarminus, Societatis Jesu S. R. E. Cardinalis Politianus, in tomo 4. Iuarum disputationum lib. 4. de Amitione gratiæ & statu peccati, cap. 15. 16. 17. Quod Beata Virgo MARIA fuerit sine peccato originali concepta, Capita tria à col. 290. usque 305. Lib. impress. Coloniæ 1619. in folio.

Item, circa Decretum Concilij Tridentini de Conceptione Immaculata Virginis MARIE declaraciones & observationes. Lib. impress. Lugduni 1634. in 4. regali.

Item, approbavit atque laudavit Officium pro infraoctav. Conceptionis B. Virginis MARIE à R. P. Bartholomeo Gavanto Clerico Regulari elaboratum, ex testimonio D. D. Francisci Mariæ Cardinalis à Monte, iudicatur in Octavario Romano. Impress. Neapoli 1628. in 8.

Item, in lib. de Doctrina Christiana composito ex mādato Clementis VIII. Pont. Max. reviso & approbato à sacra Congregatione, super Ave MARIA ait, Quod Beata Virgo MARIA fuit plena gratiæ, quia ipsa quantum ad primum effectum nunquam habuit maculam ullam peccati, nec originalis, nec actualis, nec mortalis, nec venialis. Impress. Romæ 1627. in 12. Vide Velazquez fol. 347.

Item, eximijs verbis approbavit votum emissum à R. P. Joanne Berkman de tuenda immunitate V. MARIE à peccato originali. Vide Joannem Antonium Velazquez libro 4. de MARIA Immaculatæ concepta, dilig. 9. adnot. 3. fol. 370.

Item, in libro Concionum Lovaniensium, con-

cionē 42. de Nativitate MARIE Virginis, inquit: Etenim hæc sententiæ edocemur Virginem nostræ longè alter natam esse, quæ ceteri Adæ filii nati soleant. Non etenim tenebris cui cumdata peccatorum, sed gratiæ splendore illustris, quasi aurora valde rutilans orbi terrarum illuxit; nec originalis culpa maculis sedata, sed pulchra ut luna, &c. Alia invenies in codem sermone de puritate & immunitate Virginis MARIE à peccato, ut est illud: Pulchra est MARIA ut luna; nec id solum; sed pulchrior quæ luna: luna siquidem nunquam certis maculis caret; MARIA vero tota pulchra est & macula non est in ea.

Item, Concio 2. super Missus est, fol. 437. inquit: Quid enim majus ac difficilius, quæ per viam vita hujus, viam luto & fôrdibus plenam, ubi aliqui usque ad verticem ingrediuntur, foemina unam (id est Virginem MARIAM) iter facere, & pedes suos non solum à fôrdibus & luto, sed etiam à minutissimo pulvere mundos conservare potuisse? Quis igitur hoc nobis persuaderet? Primum sponsus ejus Spiritus veritatis, cum de ea in Cantico amoris quasi gloriatur, ac dicit: Sic ut lumen inter spinas, sic amica mea inter filias. Et rursum aperte: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, &c. Alia vide à folio 426. usque 466. Lib. impress. Cameraci 1617. in 4.

Item, edidit Opusculum seu Sententiam pronuntiatam de Conceptione Beatae Virginis MARIE ultimo die Augusti anno 1617. coram Paulo V. & Congregacione Illustrissimorum Cardinalium Sanctæ Inquisitionis, &c. Quod manu script. habeo apud me ex Autographo ejusdem Cardinalis.

ROBERTUS Fosanus Namurensis, in libro: Concio 2. catechistica universam Catechismi doctrinam cum insigni moralitate ad captum populi Christiani complectentes, Concio 25. in Salutationem Angelicam, fol. 243. inter alias sicut Ave, inquit, id est gaude. Prima gaude de tota massa corrupta propaginis humanæ. Prima gaude de exultibus ejectis & lugentibus. Prima à re eximeris, prima à vœ maledictionis liberaris, prima à vœ damnationis, &c. Vide alia quamplura ibi usq; ad folium 255. Lib. impress. Leodij 1618. in 4.

ROBERTUS Francinetus Italus, in libro de Corona Virginis MARIE, fol. 50. de Modo recitandi Coronam ac de Privilegijs ei concessis, ait, Quod fuit ab æterno prædestinata super omnes creature, præfigurata à Patriarchis, prophetata à Prophetis, concepta à Joachimo & Anna sensibus & sterilibus, primæ sanctæ quam nata, &c. Impress. Roma 1607. in 16.

ROBERTUS Gaguinus, Generalis Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Gallus, de Conceptione beatissime Virginis MARIE contra Vincentium de Castro. Novo Librum carmine conscriptum. Parisijs 1497. in 4. & 1617. in 8. & in lib. R. P. F. Marci Antonij Alos in Appendix. Lib. impress. Valentia 1657. in fol.

Item, scriptit alium Tractatum seu Orationem ad Frates sui Ordinis de Conceptione Virginis MARIE soluta oratione, ut ibidem dicitur.

Item, in Annalib. de Francorum Regum gestis, lib. 9. fol. 185. in Carolo VI. afferit de retractatione Joannis de Montefono circa Conceptionem Beatae MARIE Virginis principia ac singularia. Impress. Parisijs 1614. in 8. & lingua Gallica 1525. in fol. & Parisijs 1528. in 4. Cujus verba sunt: Per hanc

hanc tempestatem Joannes Montesonius Ordinis D. Dominici Theologus, magni nomini Doctor, ad populum de Diva MARIE Virginis puritate concionatus, eam originali contaminatione reliqua humanae propaginis instar fuisse infectam disseruit, quem alter ejusdem Ordinis Theologus imitatus, cum Rothomagi de re ipsa sermonem haberet: Ego (inquit) nisi palam ostendero Christi Matrem paternae originis labem dum concipetur contraxisse, Huetus appellari non erubesco (est enim id apud Francos nomen ridiculum). Eam ob rem diu in consuetudine fuit, ut ejus Ordinis Fratres Hueti à pueris passim vocarentur. Discussa in praesentia Pontificis Innocentii VII. veritate, procurante maximè Parisiensi schola, Montesonius Parisium redire, & quæ de Virgine temere prædicaverat, retractare compellitur, &c.

Item, ad calcem suorum Operum, carmine Asclipiadæ ad Divam Virginem sic inquit:

Virgo labe carente aethere purior

Expurga vitium

Impress. ut supra.

Item, in Carmine secundo de S. Joachimo Patre Virginis MARIE, inquit:

*Si quis enim vitij nonnunquam & criminis expers,
Hunc nolle credas despississe malo.*

Non potuit vitio ledi tam vivida radix,

Flos unde & fructus fert super astra comas.

Extat cum aliis ad finem vitæ Christi Landulphi Carthusiani, folio 563. in 4.

Item, edidit alium de puritate Conceptionis B. Virginis Tractatum, qui incipit: Nemo Christianæ Religionis instituta fecutus, &c. Et etiam officium de Conceptione Virg. & incipit. Antiph. Incipe sancta cohors, &c. Item, misit ad Arnoldum Bosfium Carmelitanum alium Tractatum, editum anno 1488. contra Vincentium Bandellum oratione ligata, qui incipit: Vicisti me tandem Bosfii. Item, edidit alium Tractatum versu, dicatum Academæ Parisiensi, & incipit: Scio difficillimum esse de pietate scribenti, &c. Tractatus verò sic: Est mihi mens, &c. In multis coincidit cum antecedentibus.

ROBERTUS Gobin, in lib. Sermonum incipiente: Cum non exiguo, sed laborioso, &c. scripto anno 1420. habet Sermonem de Conceptione Virginis MARIE sub themate: Quæretur peccatum illius & non invenietur Psal. 14. Originaliter habentur hæc verba, &c. ubi de Immaculata Conceptione latè. Lib. manuscr. in Collegio Navarræ Parisijs in folio.

ROBERTUS Grosetetus, Linconiensis Episcopus in Anglia, qui floruit ad annum 1242. scriptus pro Immaculata Virginis MARIE Conceptione, ut his verbis refert Joannes Vitalis in suo Defensorio, lib. 4. ancill. 7. in principio, dicens: In secunda decade alios decem habuit Doctores solemnes; quorum primus erat Dominus Robertus Linconiensis, qui in tractatu quem fecit de laudibus Virginis Matris Dci, affirmat fuisse sine originali conceptione. Haec Vitalis loco citato. Sed hunc Adversarii pro se citant, de quo alibi. Extat etiam in transumpto Alani & in alijs plurimis.

ROBERTUS Guollin, Ordinis Prædicatorum Gallus, in libro cuius titulus est: Enigmes sacrez composez en l'honneur de la Vierge MARIE, par le grand Evesque d'Avila Tostat, nouvellement expliquez avec une facile methode appliquable

aux festes solemnelles de la mesme Vierge, enigmate 2. à folio 22. usque 46. agit de Immaculata Virginis MARIE Conceptione, cuius aliquæ autoritates hic notantur. Dicit enim: Si l'est vrai, que la Vierge sacrée est le seul surgeon de l'espèce raisonnable, qui se trouve affranchi de la servitude du diable, & libre de la malediction originelle, &c. Je dit donc, que cette Vierge choisie pour la Mère du Sauveur de nos ames est demeurée pure & nette par une grace spéciale entre les enfans d'Adam, &c. Donc je concluray que Tostat à bien dit, que la Vierge est pura, & non pura, selon les diverses opinions. Toutefois puis que la chose est indecise, & que l'on celebre la Conception pour ne scoyer en quel temps elle a été sanctifiée, selon le même S. Thomas (si tant est qu'elle ait été) je suivray l'opinion plus commune, qui professe la Conception Immaculée de la Vierge, & dit autant plus volontiers que le même Saint Thomas l'approuve en terme exprès, sur le premier des Sentences, quand il dit, que la pureté se peut connoître par son contraire: Et ideo potest aliquid creatum inveniri, quo nihil purius esse potest in rebus creatis, si nulla contagione peccati sit inquinatum; & talis fuit puritas Beate Virginis, que à peccato originali & actuali immunis fuit, &c. Lib. impress. Parisijs 1619. in 8. Deinde discurrendo per varias Scripturæ sacræ figuræ probat & declarat pura, Immaculata ac Sanctæ Conceptionis mysterium, que si transcribenda essent, nimiliū materia excresceret.

ROBERTUS de Hanyvel, Rothomagensis Gallicus, Poëma ad Sanctissimam Dei Genitricem, fol. 19. Quod Virgo MARIA fuit absque noxa & primorum parentum vitio. Item, de Conceptione Sanctæ & Nativitate Dei Genitricis MARIE Poëma alterum ibidem, fol. 20. Item, de eadem Conceptione & Nativitate Poëma alterum, folio 22. in suo libro Hymnorum impress. Rothomagi 1636. in 12. & 1639. in 12.

ROBERTUS Hardebius, Ordinis Carmelitarum Anglus, qui scriptus ad annum 1450. edidit Conções de mysterio Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE. Ita Hippolytus Marraccius in Catalogo ad annum 1450. & in Bibliotheca folio 335. ex Pitsco.

ROBERTUS Hauport Germanus, in libro dicto: Theatre de MARIE, tomo 2. Le triomphe du Ciel, in brevi discursu vita Sanctissimæ Matris Dei à folio 137. latissime agit de Immaculata Conceptione, & à peccato originali præservatione cum locis Scripturæ & Sanctorum Patrum, aliorumque auctoritatibus; ut videre est in libro impress. Duaci apud Balthasarem Bellerum 1604. in 16.

ROBERTUS Holtot, Ordinis Prædicatorum Germanus, in librum Sapientiae Salomonis cap. 14. lectione 160. folio 239. à tergo inquit: Circa illam particulam: Propter hoc etiam exiguo ligno credunt homines animas suas; notandum, quod Christus dici potest moraliter loquendo modicum lignum propter humilitatem, lignum propter fructus fertilitatem; de cuius modicitate scribitur ad Hebreos 2. Eum, qui modicum minus ab Angelis minoratus est, vidimus Iesum, de cuius ligni fertilitate dicitur in Psalmo: Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Istud lignum plantatum fuit in terra, in benedicta Incarnatione, hoc est in Virgine gloriofa, de qua dicitur in Psal.

in Psalmo: Benedixisti Domine terram tuam. Ista terra est bona, qua bene culta reddit fructum trigesimum, sexagesimum, vel centesimum; sed ista est multo melior, & magis benedicta, qua sine labore vel cultura producit optimum fructum, & infinita bonitatis. Talis fuit V. benedicta, qua sine natura subtilio genuit Christum mundum. Et ideo bene dicitur: Benedixisti Domine terram tuam; non specialiter, singulariter & appropriata fuit benedicta: & sicut lignum plantatum in terra solidat terram ex omni parte, & per radices suas colligat & constringit ne defluat; ita Christus plantatus in Virgine benedicta Matre sua eam solidavit virtutibus, & gratiis sic adstrinxit, quod nunquam defluere potuit per peccatum mortale vel veniale. Fuit enim sanctificata in utero, ita quod mundata a peccato originali, & in ea fomes ligatus sic, quod nunquam eam ad peccandum impulit. Et hoc fuit prima sanctificatio in utero matris suarum & ista sanctificatio fuit vera ejus Conceptionis. Nam quod cito Virgo Beata habuit esse in utero, tam cito fuit sancta; non enim potuit esse sancta antequam esset vera: ergo Conceptionis Beatae Virginis attenditur & sumitur penes instans infusonis animae in corpus sufficienter & debito modo organizatum, necnon ab omni qualitate inordinata, quam continxerat ratione propagationis seminalis, purgatum & emundatum. Et sic pater, quod isto modo capiendo nomen Conceptionis, stricte & propriè Beata Virgo non fuit concepta in peccato originali. Alio modo capitur multum impropriè & largè pro infusione feminis in matrem, ex quo semine corpus debuit formari in utero matris suarum: & juxta hoc multum impropriè dicunt quidam ipsam fuisse conceptam in peccato originali; quod non est aliud, nisi quod anima B. Virginis fuisse corpori suo ex illo semine formato unita absque purificatione & emundatione illius corporis a qualitate morbida contracta ratione propagationis seminalis. Tunc certe, quam cito Beata Virgo esse habuisset, tam cito habuisset peccatum originale, qui fuisse sibi imputatum ficut Beato Joanni Baptista & Hieremias, qui tamen fuerunt sanctificati in utero matris. Sic ergo pater &c. Sed sanctificatio secunda fuit in Conceptione Filii sui benedicti, quando fomes ablatus fuit secundum essentiam, & gratiam superadditam, qua flexibilitatem liberi arbitrij determinavit ad bonum: sive ex tunc nullo modo potuit in malum flecti; unde tunc confirmata fuit sicut in via potuit. In prima namque sanctificatione ligatus fuit fomes, & gratia sibi collata fuit inclinans efficaciter liberum arbitrium in bonum; tamen non fuit tanta, quod flexibilitatem liberi arbitrij in malum aufererebat, sicut nec gratia collata primo homini in statu innocentiae; sed per providentiam divinam fuit continua præservata & conservata, ut esset immunita a peccato, quamvis ante Conceptionem Filii Dei peccare potuisset, nisi fuisse præservata: sed in secunda sanctificatione sic sanctificata fuit, quod deinceps peccare non potuit, &c. Impress. Parisijs 1483. 1511. & 1515. & alias saepe.

Item, in declaratione seu determinatione Oxoniensi, qua incipit: Utrum doctrina venerabilis Anselmi debeat rationabiliter reprobari? probat quod non, quia nulla doctrina communiter approbata a Schola Catholica debet rationabiliter reprobari. Et arguens in oppositum eius, quod

Anselmus dixit libro 2. Cur Deus homo, cap. 16.

Quod Beata Virgo in originali peccato fuit concepta, responder Holcot sic ad litteram: Anselmus in hoc libro 2. Cur Deus homo, loquitur argumentivè. Patet: quia oppositum dicit in lib. de Concepione Virginali per totum. Vel potest dici, quod loquatur Anselmus conditionaler, quia ex communi concursu ita accidisset, nisi ab originali præservata fuisse, &c. Hac Holcot de quo Joannes Vitalis in Defensorio Conceptionis, lib. 4. Ancil. 7.

ROBERTUS de Lizio sive Caraciolum, Ordinis Minorum Episcopus Aquinas Italus, de Conceptione Immaculata Beatae Virginis habet Sermonem insignem per modum Tractatus, cuius hic est titulus: Serm. 24. de Conceptione Beatae Virginis, de qua varie sunt opiniones Doctorum, licet festum ab Ecclesia celebretur. Venetijs 1480. in 4. Latinè & Antuerpiæ 1490. in 4.

Item, Italicè de Conceptione Immaculata Virginis gloriose. Venetijs 1555. in 4.

Item, in lib. de Timore divinorum judiciorum agit de judicio Dei contra primos parentes mandato Dei inobedientes, ubi plura de peccato originali.

Item, in Sermonibus à prima Dominica Adventus, &c. sermone de Sancto Josepho, qui extat ad finem Tractatus, fol. 73. col. 3. ad medium, inquit: Ambrosius dicit, quod Virgo Mater Dei fuit sanctior alij, ac plena Spiritu sancto, & erat Virgo non solum corpore, sed etiam mente; neque in ea fuit unquam macula alicuius peccati, &c. Lib. impress. Venetijs 1475. in 4.

ROBERTUS de la Porta, Doctor Parisenis, Ordinis S. Augustini Prior Generalis Gallus, doctavat, auxit atque exornavit Capellam Immaculatae Conceptionis Virginis MARIAE in Conventu magno Sancti Augustini Parisen. huicq; mysterio devotissimus asseritur in libro Recollectionis privilegior. Confraternitatis ejusdem Capellæ, fol. 17. Impress. Parisijs 1632. in 16.

ROBERTUS Pulli, S. R. E. Cardinalis & Cancellerius Parisen. scripsit super Sententias, & lib. 2. cap. 31. sub titulo: Uno sorduit peccato hominum tota multitudo, inquit: Sed vix primus cum conjugi deliquit; unde extra paradisum rea protestetur universa. Omnes ergo simul & semel peccaverunt; quoniam ille solus, in quo adhuc causaliter omnes, seminaliterque coarctabantur, peccavit, de cuius peccato semel admisso pariter omnes reatum contraherent. Unde secundum illum locum Joan. Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, &c. Item, in 3. Sent. cap. 5. de Filij Conceptione & Incarnatione, inquit: Quid est concipere & semen de viro suscepimus retinere. Non sic ergo; sed aliter Virgo concepit, utique non de viro, sed de Spiritu sancto. Quomodo tamen de eo? Sicut ex coitu viri utrumque semen elicuit, sed turbiter, quia ardenter: ita per Spiritum sanctum ex MARIA Virgine portio illa, que in hominem formanda erat, personaliter separata, & procul dubio venerabiliter, quia absque libidine: parum dico, quia & absque originali omni labe. Nimis ita illum decebat, qui de hoc gerebat, &c. Ita antiquus Auctor fuit, ut videre est in manule existente apud S. Victorum Parisijs fol. eum vixerit ad annum 1146. & tamen nihil habet nisi relata: ergo non omnes antiqui sustinuerunt opinionem contrariam. Eius Opera novissime fuerunt impress. Parisijs anno 1655. in fol.

ROBER-

ROBERTUS de Russiæ sive Rutehus vel Ruper-tus, Ordinis Minorum, qui floruit ad annum 1290. in lib. 3. Sententiarum dist. 3. agit de immu-nitate Virginis MARIE à peccato originali, ut refert Antonius Daza, lib. de Concep. cap. 6. fol. 48. & iterum 49. à tergo. Salazarius, cap. 32. sect. 12. Waddingus de eo facit mentionem, fol. 309. Leon, class. 9.

ROBERTUS Stephanus Gallus, scriptit Tra-ctatum seu Librum de puritate Conceptionis Beate. MARIE. Sic ex Draudio Antonius de Leon; sed existimo, quod iste sit Typographus, non Auctor, qui typis mandavit Tractatum de Conceptione Virginis Jodoci Clithovæ.

ROBERTUS Turnerius Devonius, Orator & Philosophus Ingolstadiensis, in suis Orationibus, oratione 5. de divæ Virginis Assumptione, folio 50. sic dicit: Fuit speculum, quod nullum delictum tamquam macula aspergit: tota pulchra es amica mea, & macula non est in te; neque enim (si rem subductis rationibus diligenter consideremus) possumus cogitare D. Virginem ullâ virtutis litorâ aspersam, nisi plarimam de Dei & prudentia & providentia decerpamus &c. Et prosequitur latè probando ejus puritatem & præservationem.

Item, in Oratione de Nativitate B. Virginis, in or-dine 13. folio 136. Fuit flamma Spiritus sancti, quod MARIAM eterna divina mentis prescriptio prius con-ceperit integrum à labe, quam conceptu humano facta homo uteri materni angustijs contineretur, &c. Impress. Antuerpiæ 1597. in 8.

ROCHUS Pyrrhus, Doctor natione Siculus, in tomo 3. Siciliæ sacra, refert quod in Corlecomina Civitate erectum fuit Monasterium Benedictinorum, sub titulo B. MARIE de Conceptione, auctioritate D.D. Joannis de Torres Episcopi Siracusani. Extat folio 247. Lib. impress. 1638. in folio.

ROCHUS de Sobral, Religiosus Ordinis Christi, in Lusitania, in lib. Historia de insigne appa-recimiento de N. Señora da Luz, & suas obras maravilosas, &c. lib. 2. cap. 9. folio 85. loquens de quodam miraculo à sacratissima Virgine patrato, inquit: Nestas emendas que à divina Señora fezzen nos dos erros & defectos da natureza pare-ze que sta como pagando à Deos en suas círcu-elas o cuidado que ó mesmo señhor pos em à facer à ella como dez nos Cantares sen raga, nem tacha alena, &c. Et infra cap. 12. folio 93. affirmat, quod ipsa contrivit caput serpentis. Lib. impress. Ulyssiponæ 1610. in 4.

RODERICUS de Acuña, Episcopus ac Do-minus Braccarense, edificavit Breviarium illius Ec-clesie, quod fol. 611. hæc habet: In Festa Conceptionis Beate MARIE Virginis solemne. Incipit: Gaudete Mater Ecclesia. Impress. Braccare 1634.

RODERICUS de Alcaraz, Poëta Hispanus, scriptit Canticum pro Immaculata Conceptione Virgi-nis Dei Matris, & extat apud Ferriol fol. 69.

RODERICUS Alfonsus de Espinosa, Doctor Hispanus, habet Sermonem sub hoc titulo: En la fiesta que el cabildo segral de Cordova hace por especial voto de la purissima Concepcion de nuestra Señora cada año. Impress. Corduba 1620. in 4. cum cum imaginem Immaculate Conceptionis, & incipit: Grandes.

RODERICUS Alvarez, Ordinis Fratrum Mi-norum Hispanus & Poëta, in quadam Carmine ad Librum Hippolyti de Olivares agit de Conceptione

Virginis. Lib. impress. Lime 1631. in 4. Alia habet pro hoc mysterio, quæ vidi cum essem iuvenis.

RODERICUS de Arriaga Lucroniensis, Socie-tatis Jesu Hispanus, in Disputationibus Theolo-gicis in 3. part. D. Thomæ, tom. 6. disp. 16. de Or-dine incarnationis respectu aliorum hominum, ubi de Immaculata Virginis Conceptione aliqua tra-ctantur sect. 3. agit de ejus immunitate ab origi-nali, & sect. 4. de liberatione a proximo debito. Lege à folio 172. usque 185. Lib. impress. Lug-duni 1654. in folio.

RODERICUS Borgia Lenzolius Hispanus (Alexander Papa Sextus dictus) multa edidit pro Conceptione Virginis MARIE, dum esset in Sacra Pe-tri sede. Vide verb. Alexander Papa Sextus.

RODERICUS Borgia, Dominus loci de Castelanao Hispanus, maris tempestatem voto emiso de celebranda Beata. Virginis Conceptione mi-raculose evasit. Ex Armamentario Seraphico. Item, instituit de bonis suis, quolibet anno pro-cessionem faciendam per RR. DD. Canonicos, & Clerum Sedis Valentina die Sabbati post Festum Conceptionis Virginis MARIE, si impeditus non fuerit; alias die Veneris ante dictum diem Sabbati, in ho-norem Conceptionis Virginis MARIE: pro qua quidem Procesione anno quolibet fundata, pro-misit se daturum Canonicos & Capitulo Valent. 240. solidos, &c. Armament. Seraph. in Reg. colum. 564. & 670. Marraccius in Princip. Marianis.

RODERICUS Caro Hispanus, in libro cui titulus est: Sanctuario de nuestra Señora de Con-folacion y antiguedad dela Villa de Utrera, dirigi-do a la Immaculada y purissima Conception de la Virgen Santissima nuestra Señora &c. in Dedicatoria, inquit: Aurora que se lebanta, estrella de mar, hermosa como la luna, escogida como el Sol, sin nube de peccato original. &c. Item, adducit Cantionem in qua multa de præservatione Virginis à peccato originali &c. Vide ibi. Et infra in 2. parte sive relatione, & anti-quitate Villæ Utrerae §. 4. folio 7. agit de Monaste-rio Conceptionis Virginis MARIE &c. Imp. Offunæ 1622. in 8.

Item, de Immaculata Beata. Virginis Conceptione Hieroglyphicum, quod extat in libro impress. Hispalib. 1616. in 4. fol. 64.

Item, in Comment. Flavij Dextri de Conceptionis Sa-cratisse Virginis MARIE festivitate, & receptio-ne, ad illud: A Jacobi prædicatione, &c. adducit Scholium quod incipit: Ergo illibata Concept. arcana &c. Et infra adducit auctoritates Pauli Orosij, & Episcopi Heleca, quas Commentarijs licet brevis-simis illustrat, à folio 113, ad. annum Christi 301. Lib. impress. Hispalib. 1627. in 4.

RODERICUS Carvajal & Robles, Poëta Hispanus, in Carmine ad Librum Hippolyti de Olivares agit de incontaminata Deipara Conceptione. Lib. impress. Lime 1631. in 4.

RODERICUS Cuntia, Archiepiscopus Bracca-rensis Hispanus, loquendo de Domino Joanne Cardolaco VI. Archiepiscopo Braccarense, inquit: Fui devotissimus Virg. Sanctissimæ; & in hac Ecclesiæ (scilicet Braccarense) dotavi festivitatem sua purissimæ Conceptionis, in 1. parte Historie Ecclesiastice Archiepiscoporum & Sanctorum Brac-caren. cap. 45. folio 191. Lib. impress. Braccæ 1635. in folio.

RODERICUS Fernandez de Rivera, Poëta Hispanus,

Hispanus, scriptor Hispanie Lib. Squadron humilde levantado ala devocion de la Immaculata Concepcion de la Virgen nuestra Señora, continentem centum Cantiones seu Decimas, & incipiunt: Ya que mi profana musa. Item, pro eadem Immaculata Concepcion Cantiones alias, quarum primae litterae redunt illud: MARIA concebida sit peccato original, en las primeras letras dellas, & incipiunt: MARIA mar à euia maria orilla, &c. Item, fecit alia duo Poëma pro eadem Immaculata Concepcion. Item, pro eadem Immaculata Concepcion Poëmara duo, folio 37. Item, pro eadem Concepcion aliud Poëma, folio 41. Item, Cantionem alteram pro eadem Virginis Concepcion, fol. 49. Item, aliud Poëma Latinum pro eadem Virginis Concepcion Immaculata, folio 68. Quæ omnia extant in lib impress. Hispali 1616. in 4.

RODERICUS de Figueroa Sanz, Canonicus Magistralis Vallisoletanus, in obsequiis funeralibus D. D. Joannis de Zuniga Marchioni del Villar, &c. inquit: La universal clemencia de Christo Señor nuestro para con los hombres, y con los Angeles, que de unos y otros la hace redemptor, probable Theologia, dando paso à la redencion preservante, que la piedad comun venera en el primer instante de la Immaculata Concepcion de la Madre de Dios, &c. Serm. impress. Vallisoleti 1626. in 4.

RODERICUS Manrique Hispanus, an. 1614. edidit Matri Discursus pro Immaculata Virginis Concepcion. Ita ad litteram Hippolytus Marraceius in Catalogo Mariano, & in Biblioth. fol. 339. Pistoia cor. 2. cap. 8. fol. 228.

RODERICUS Manrique, Societatis Jesu Hispanus, edidit Sermonem de Immaculata Concepcion Virginis MARIE, &c. declamatum in collatione S. Vincentii Hispalen. & impress. ibi 1615. in 4. Incipit: La Verdad eterna.

RODERICUS Mendoza, Poëta Hispanus, edit. Hieroglyphicum de illibata Virginis MARIE Concepcion. Apud Alphonsum Ferriol de Concep. fol. 46.

RODERICUS Mendoza Roxas & Sandoval, Dux Infantatus, primus in Hispania Marchio, & Prorex Sicilie (ut dixit de ipso quidam) congenitam accepit, & cum lacte nutricis suxit Immaculata Concepcionis MARIE fidem, cuius acerrimus defensor & propugnator exiit, &c. Ita in elog. Panormi impress. anno 1651. in charta expansa. Item, fecit votum seu juramentum cum tota sua domo circa mysterium purissimum de Immaculata Concepcionis, ut dicitur in rectriscripto impress. Panormi 1652. in charta expansa cum imagine Immaculata Concepcionis.

Item, editus fuit libellus Hispanicus cum hac inscriptione: Letras que se cantan en la Capilla Real de Palermo, en la fiesta y octava que celebra en ella la limpia Concepcion de nuestra Señora el Excelentissimo Señor Duque del Infantado, &c. Impress. Panormi 1652. in 4.

RODERICUS Ponze de Leon, Dux de Arcos, singulare fecit votum seu juramentum pro suenda Immaculata Virginis MARIE Concepcion anno 1653. Impress. in folio cum imagine Immaculata Concepcionis.

RODERICUS Ponze de Leon, Dux Marchese, anno 1616. votum seu juramentum fecit pro mysterio Immaculatae Concepcionis, ut dicitur in voto nuptio suo, pag. 2.

RODERICUS de Portillo, Ordinis Minorum Hispanus, in libro Sermonum de Christo & eius

Sanctissima Matre, &c. libro 2. de Domina Angelorum, &c. de Immaculata Concepcione Virginis Domina nostra Sermones seu Tractatus octo, à folio 1. usque 134. ubi latissime de hoc mysterio. Lib. imp. Tauri 1630. in fol. & in principio habet imaginem Conceptionis.

Item, in Sermoni funerali D. Joannæ de Cordova in principio habet imaginem Immaculatae Conceptionis. Serm. seorsim impress. Matri 1624. in 4.

RODERICUS de Salazar, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, edidit Cantionem sub hoc titulo: En alabanza de la Reyna de los Angeles MARIA sanctissima, pura y limpia sin peccato original. Impress. cum tractatu R.P. Joannis Redondo Hispali, anno 1616. in 4.

RODERICUS de Solis, Ordinis S. Augustini Hispanus, in libro: Arte dada del mismo Dios a Abraham para servirle perfectamente, &c. part. 2. ad illa verba: Qui redimit de interitu vitam tuam, consideratione 6. folio 274: Quod Virgo MARIA fuit immunis ab omni peccato tam actuali, quam originali. Lib. impress. Compluti 1594. in 4.

RODERICUS Van Enden, Doctor Hispanus, sermone de pompa funerali Philippi III. Hispaniarum Regis, folio 7. inquit: Tenia (dicen las relaciones que á estas Islas han venido) su Magestad gran devicion con la purissima Concepcion de la Virgen sanctissima Señora nuestra, cujo oficio rezaba todos los días. Idio perdon á la Reyna del cielo sino puso la diligencia posible para que su Santidad difiniese su Concepcion purissima, aquien lleno de divino Spiritu con abundancia de lagrimas hizo voto si le alcanzaba de su precioso Hijo la vida de procurar con la posible diligencia, y todo el gasto de su Real hacienda necesaria, para que su limpia Concepcion se definise, &c. Impress. 1622. in 4.

RODERICUS Zamoranus, Magister et Cosmographus Hispanus, in Chronologia & Repertorio temporum, libro 3. in Catalogo seu Kalendario festorum, ad diem 8. Decembris: Concepcion Dominae nostræ Virginis MARIE dies festivus, fol. 146. à tergo. Lib. impress. Hispali 1621. in 4.

RODULPHUS Agricola Frixius, Poëta antiquus, in Carmine ad laudem S. Anna Avia Christi, sic ecceint:

Anna parens, summa Genitrix veneranda parentis,

Quæ pandis populis prima salutis iter,

Ella, quæ majus nihil est meliusne creatum

Germine mortali, sita, Virgo parens.

Viceribus porta est hec Anna tuis, & oranti

Gaudia magna Patri, gaudia forsque tibi.

Grande ratus precibus nature vertere leges,

Verterunt steriles fit modis leta Parens.

Et magnum fecisse Deo non irrita vota,

Vincit at illosque spemque precepsque Deus.

Quid tantam prolem, quando hac est omnia supra?

Major, & humans nobiliorque bonis?

Sed tamen accipitum, & cum contingere rotis

Cetera non sperant, hoc neque posse patent.

Nascitur ergo, sacrisque salutat flentibus orbem,

Quæ mundi lachrymas tollere prima venit, &c.

Exstinctæ Oratio seu votum curæ Theodorici de Pelingen impress. cum Opere Laurentij Cuperis Antuerpiæ 1591. in 16. Etsi expresse non profitatur Auctor Immaculatam Virginis Conceptionem; verba tamen si præmeditentur, redolent puritatem; nam si in Conceptione Virginis pandebat Anna prima salutis iter, sicut et ipsa Virgo prima

ma primæ salutis, scilicet iustitiae originalis, in suo Conceptu pandebat iter. Et si fuit major, & melius concepta omnibus creaturis, respice Adam: & Eam, inspice Angelos in gratia creatos. Deinde, si in matre Anna vertitur lex, ut ex steriliat fecunda, vertatur & in filia, illa: Omnes in Adam peccaverunt.

R O D U L P H U S Ardens, Doctor Pictaviensis, in Sermonibus de festivitatibus Sanctorum, sermone de Annuntiatione, folio 46. ad illa verba: Gratia plena, inquit: Vocatur igitur excellenter, & quasi appropriata nuncupatione gratia plena; quoniam nihil virtutis, nihil meriti, nihil honoris est, quod in ea non abundet; & gratia, quæ singulis suggillatim distribuuntur, MARIE universaliter conferuntur, &c. Igitur gratia seu iustitia originalis, quæ fuit in Adam, fuit etiam in Virgine MARIE. Item, infra ad illud: Quod nascetur ex te sanctum, inquit: Non enim per hoc relativum quod, sola caro, sed persona significatur: neutrum tamen positum est ad majorem rei expressionem: si enim dixisset ille sanctus homo, vel ille sanctus vir, parum dixeretur, sed ait illud sanctum, ac si apertere diceretur: ille, in quo nihil nisi sanctitas, nihil nisi bonitas est, &c. Nota illud: non solum caro, sed & persona sancta absolute; igitur sicut nec in persona fuit originale, ita neque in carne, prout assumpta de Virgine.

Item, Sermone de Assumptione, folio 94. inquit: Hinc est, quod Beata & venerabilis Virgo MARIA, cuius hodie Assumptionem celebramus, quia præ cunctis (qui ab initio usque ad finem fuerunt vel futuri sunt) Dominum in munditia, humilitate, mansuetudine, simplicitate, sanctitate, ceterisque virtutibus magis studuit imitari, Dominique fieri hereditas omnibus modis desideravit, &c. Ab initio fuerunt Adam & Eva absque peccato originali, ac per conseqvēt. V. MARIA. Item, infra: Ineffabilem igitur fragrantiam sanctissimæ Virginis & Dei Matris Fratres charissimi admireremur, admirando delectemur, delectando amulemur, amulando de longe pro viribus nostris imitemur, omnem maculam, omnem turpidinem fugientes. Lib. impress. Antwerpia 1570. in 8. Igitur Virgo MARIA omnem aufugit maculam; vel melius, ab ipsa omnis aufugit macula tam originalis, quam actualis.

R O D U L P H U S Ceulemans, Ordinis Præmonstratensis Canonicus, in Theologiâ habitâ Antwerpia die 12. Julij anno 1649. Thesis 10. hæc defendit: Omnes ex Adam via generationis ordinariâ procedentes (si Diciparam excepéris) peccato ejus inficiuntur, & nascuntur filii iræ. Impress. ibidem in 4.

R O D U L P H U S Chifius, Ordinis Prædicatorum, scripsit Sermonem de Conceptione Virginis Dei Matris MARIE, in quo inter alia inquit: Primo ostenditur, quod Deus Pater præservavit eam per suam potentiam. Secundo, quod Deus Filius præservavit eam per suam sapientiam. Tertio, quod Spiritus sanctus præservavit eam per suam bonitatem, &c. Secundo dico, quod Virgo MARIA est sine peccato concepta, quod est per sacram Scripturam præfiguratum. Tertio dico, quod exemplis est confirmatum, &c. Ita Andreas de Peruzzini in Analyse purissima Conceptionis folio 62. Existimo tamen hunc esse eudem cum sequenti.

R O D U L P H U S Clutius, Ordinis Prædicatorum Flander, revisit, emendavit ac notis illustra-

vit Sermones Dormi securè vulgo nuncupatos, quorum Auctor fuit Joannes Werda Ordinis Minorum; & sermone 5. folio 38. usque 49. adducit Sermonem de Conceptione Beatae MARIÆ Virginis, in quo latissimè rationibus, exemplis, auctoritatibus atque miraculis Virginem MARIAM fuisse à peccato originali præservatam probat. Lib. impress. Coloniae Agrippinæ 1612. in 8.

R O D U L P H U S Langius, Canonicus Monasteriensis Germanus, in libro dicto: Rosarium Virginis Beatissimæ glorioissimæque Dei Matri MARIE, qui incipit: Virginis optimæ maximæ, &c. cecinit:

Concepta Virgo libera criminis

Ave MARIA.

Et infra: Ave MARIA ante mundi constitutionem pre-electa. Extat manusc. Fontibus in Brabantia apud Minores, & apud nos cum alio Opusculo impress. **R O D U L P H U S** Monaldus, Abbas Perusinus Italus, edidit Carmen de Beatisima Dei Genitrix MARIA sub hoc titulo: Magne pueræ infantulorum minimæ, Virginis Deiparae caelissimæ, integrissimæ, Immaculatae, Patronæ, Dominae, Reginae Protheus iste versiculos, qui potest in mille formas verti, sacer & dicatus esto, &c. Pro nostro assumpcio verba ista sufficerent; nam vocat MARIAM integrum & Immaculatam; sed dō etiam carmen, & est hujusmodi:

Quot mare dat guttas, prebet tot pocula gratis.

Extat in libello excuso Perusia 1647. in 12. ad finem.

Item, in Idilio de Natali Virginis MARIE, ita cecinit:

L'amoresta columba

Candida si, che alle sue membra intatte

Cede la neve, el alabastro è latte.

Lib. impress. Perusia 1646. in 12.

R O D U L P H U S N. in Conventu Avignonensi coram venerabili coetu S. R. E. Cardinalium habuit Sermonem de Conceptione Virginis MARIE teste Cartagena tomo 4. col. 419. Sed existimo, hunc fuisse Rodulphum, sive Richardum Armachanum Primatum Hibernie.

R O D U L P H U S de Rivo, Tungensis Decanus, in Kalendario Ecclesiastico, ad diem 8. Decembris inquit: Hodie ubiq. Conceptio Virginis gloriæ, &c. 9. lect. non tenetur in Dominica. Extat cum quibusdam Historijs Sanctorum Joannis Helfsels a Lovanio. Impress. Lovaniæ, anno 1568. in 8.

R O M A N U S Parisiensis ac antiquus Poëta, lib. 6. de sacra Virgine, inter alia, hæc cecinit:

Auctor honestatus libram suspendit coram,

Ne sex in sarcina fæda parentis est,

Ne radix ramum vittet, ne plantula robur,

Ne vitium damnet fontis inepta lues, &c.

Et postea pergit: Fabricata omni nota fæditatis semota. Ita Cardinalis Vitalis in suo Defensorio, libro 4. cap. 5. ancil. 5. & in altero originali Alani. Si fabricata ergo fuit domus Mariana ab omni fæditate semota; & absque originali peccato.

Item, idem de eadem Virginis creatione, inquit: *Principio natura Dei sic fabricat eadem,*

Ne fax, ne vitium, ne nota fæder eam, &c.

Item, Auctor iste edidit Epithalamium Virginis, in quo per Ave Angelicum probat Deipare immunitatem à peccato originali, ut insinuat idem Johannes Vitalis ubi supra.

R O M A N U S à S. Philippo, Ordinis Carmelitarum

rum, in Theologia' habita Lovani die 5. Maii anno 1659. Theli 18. &c. Ordinis decreto ab anno 1306. Carmelite defendimus; defendit D. Thomas, licet Opera ejus ubiq̄ corrupta supponantur, immo ipsam ab originalis contrahendi debito fuisse Angelis remoto rem putata. Impress. ibidem in 4.

R O M A N U S WIDMAN, Ordinis S. Benedicti professus in Scheirin, fuit Religiosorum Congregationis Beata Virginis Concepta pro tempore Prefectus. Ita in libro dicto: *Dissertatio Theologica*. Impress. Ingolstadii 1623. in 4.

R O M U A L D U S SALERNITANUS Archiepiscopus, in sermone de Virginis Annuntiatione de immunitate Virginis MARIE à peccato originali loquitur. Frustrum ad annum 156. Ex Serrano, lib. 2. cap. 25. num. 19. Leon classe 9.

R O S A BETRIAN & BEAMONTE, foemina Hispana, scripsit Cantionem seu Carmina pro Immaculata Conceptione Virginis MARIE. Impress. cum alijs à Sanct. Zapata libro de Concep. folio 178.

R O T H O M A G E N S I S Civitas, institutum fenum Immaculatae Concept. circa annum Christi 1074. propter apparitionem factam Helsino Abbati in periculo maris constituto: quod fuit celebratum tunc & deinceps speciali solemnitate in hac Civitate, ubi Fratres & Poëtae decantarunt omnibus linguis V. & iudicem Conceptionis laudes; ut dicitur in Compendio Historiae descriptionis principiorum Civitatum Gallie; & in libello de Confraternitate Immaculatae Conceptionis instituta Nivellæ apud Minorcs. Impress. Namurci 1641.

R U A L D E V I U S N. Auctor antiquus, super illud: Ave gratia plena, inquit: Nunquam legitimus in Scriptura lacra aliquem Angelum dixisse alicui creaturae humanae: Ave, aut hanc Gabrieli salutationem; & hoc in signum, quid ipsa fuit prima creatura libera a re. Deinde agit, quomodo fuerit immunis à peccato originali. Ita in Summa dicta: Destructorum vitiorum, parte 4. cap. 28. Lib. impress. Nuremberg. anno 1490. in fol.

R U A R D U S TAPPAR ab Inclusa, Lovaniensis Decanus, in libro de Explicatione Articulorum venerande Facultatis Sacrae Theologiae generalis studij Lovaniensis circa dogmata Ecclesiastica &c. art. 2. de Peccato originali folio 50. inquit: Et super vacaneum est hic disputatione, an peccatum originale virtualiter sit in feminâ, vel in parente sive sancto sive impio. Nam quia in Adam omnes peccavimus, & per hoc in nobis facti sumus peccatores; nihil refert, quales sint parentes immediati: immo si sanctificati, fomite penitus extinto (sicut erat in MARIA) sine libidine generarent, proles peccatum originis contraherent, quia ex Adæ nascerentur propagine, &c. Lib. impress. Lovaniij 1565. in folio.

R U B U S HANONIUS, in Historia harmonica, seu Quatuor Evangelistæ in unum adducit indicem concionatorium pro festivitate Conceptionis Virginis MARIE. Duaci 1575. in 8. reg.

R U F F I N U S AQUILEIENSIS Presbyter, in Commentario super 75. Psalmos Davidis. Psalmo 71. fol. 168. ad illa verba: Descendit sicut pluvia in vellus, inquit: Rectè ergo MARIA velleri comparatur, de cuius fructu salutaria populis vestimenta textuntur. Vellus plane MARIA est; siquidem de molli sinu ejus Agnus egressus est, qui & ipse Matris lanicium, id est, carnem gestans, molli vellere cunctorum operit vulnera populorum: omne enim peccati

vulnus Christi lanâ suffunditur, Christi sanguine fogetur, & ut sanitatem recipiat Christi induimento vestitur, &c. Lib. imp. Lugduni 1570. in fol.

R U F F I N U S Sacciorus de Racuta, Ordinis Minorum Italus, in libro Corona virginis MARIE electione 4. fol. 56. Quod Virgo MARIA non occidit in peccatum originale, sed ab ipso fuit præservata, latè. Electione 22. ad illa verba: Sancta MARIA, Quomodo Conceptio Virginis Matris fuit sancta, agit latè à fol. 419. usque 444. Lib. imp. Neapoli 1590. & 1640. in 4.

R U P E R T U S LINCONIENSIS, Ord. Minorum, in 3. Sent. dist. 3. scriptis de immunitate Virginis MARIE à peccato originali. Ita Urzan. fol. 103. ex Butilis: Leon classe 9. ex Salazario, saeculo 14. Joannes Eusebius, lib. Excep. folio 519. Pittoia fol. 159. Sed si iste fuit Episcopus, communiter citatus Linconiensis Anglus, non fuit ex Ordine Min. ut alibi ostendo.

R U P E R T U S de Russia vel Rubertus, Ordinis Minorum, scriptis pro Conceptione V. MARIE, ut testatur Franc. Maria Pittoia Coron. 2. fol. 159. n. 73.

R U P E R T U S TUITIENSIS, Abbas Monasterij S. Heriberti Ordinis Sancti Benedicti, tomo 1. de Trinitate, & Operibus suis in IIaiam, libro 2. cap. 19. folio 498. explicans illud: Generationem ejus quis enarrabit? quia abscessus est de terra viventium, inquit: Nam utraque mirabilis & utraque ineffabilis est; nam ineffabile est, quod divina in generatione Pater in Psalmo. Eructavit (inquit) cor meum verbum bonum. Ineffabile itidem est, quod de carnis generatione rectè hic dictum intelligitur, quia abscessus est de terra viventium. De terra (inquam) non morientium sive mortuorum morte peccati (quia omnes in Adam mortui sunt) sed de terra viventium, id est, deterra Virginis per sanctum vivificata Spiritum abscessus est. Abscessus (inquam) subauditur sine manibus, quemadmodum Daniel &c. Haec quasi expressa videntur auctoritas: nam si Christus genitus & natus est à carne Virginea, quæ non fuit mortua morte peccati, quæ omnes in Adam mortui sunt; ergo MARIA à morte originalis peccati fuit exempta.

Item, libro 1. de Operibus Spiritus Sancti cap. 12. Meliore quidem terra, quam ea ex qua conditus fuerat Adam, animata & immaculata.

Item, lib. 1. de Operibus Spiritus Sancti cap. 13. ad finem folio 601. inquit: Igitur nihil erat, propter quod creaturam suam, id est naturam feminam, abhorrebat Dei Filius, præsertim quam illi preparasse, quamque ab omni corruptione immunem servasse hic sanctus Dei Spiritus, &c. Igitur ex sententia Ruperti ante Incarnationem Verbi præparata fuerat Virgo MARIA, & immunis servata ab omni corruptione. Quæ autem, vel qualis poterat esse in Virgine corruptio illa, à qua præservata fuit, nisi peccatum? & cum dicat: ab omni corruptione, indicat, quod non solum ab actuali, sed etiam à labe originali peccati.

Item, lib. 6. in Cantic. Cantic. Idem discalecatione calceamentorum Spiritus servitatis esse argumentum: idcirco ancillæ, nempe Eva, calcaneum à serpente admorsum, quia discaleata erat; tu vero filia Principis probè calceata caput serpentis contrivisti. Et paulopost: Sæculis inauditis inaudita Virginitas atque fecunditas! tanquam o dilecta singularis, libera es ab omni iugo peccati. Ita Mart. Philip. in Theat. Excell. tom. 2. saeculo 12. fol. 1208. De operibus Ruperti tæpè impressis agimus in sole Veritatis & Radij.

RUTGERUS Dole, Canonicus Germanus, circa annum 1407. fuit *Immaculatae Conceptionis Afferor.* Ita Joannes Ludovicus Schonleben lib. 4. de *Concep.* fol. 25.

RUTGERUS Sicamber de Vernai, Ordinis Clericorum Regularium Sancti Augustini Teutonicus, scriptit pro *purissima Conceptione Dei Genitricis contra quendam eam impugnamentem Epistolas plures, ut refert Hippolytus Marraccius in Catalogo ad ann. 1496. & in Biblioth. folio 349. & Pistoria fol. 153.*

Item, in *Hymno de S. Anna Virginis matre,* sic ecceinit :

*Illa profudit generi misello
Labe fordini genitricis Eræ
Nobilem prolem, radians jubaque
Edidit orbi.*

Exstat in lib. de *Laudibus S. Anne* edito à R.P. Joan. Trithemio anno 1506. in 4.

RUTLIUS Benzonius Romanus, & Episcopus, in libro de *Expositione Psalmi 86.* ad verba illa : *Benedicta tu: Ex supradictis Angeli verbis colligi, Deiparam non solum super omnes mulieres, sed etiam super omnes Angelos, ceterisque Beatos benedictam fuisse, & ab originali peccato preservatam,* cap. 25. latè. Impress. Recaneti 1612. in folio.

Item, de Anno sancto Jubilei, libro 2. cap. 6. assertit *Beatam Virginem absque originali macula conceptam.* Impress. Venetij 1599. in folio.

Item, in *Canticum Magnificat* lib. 1. cap. 23. folio 100. de Virg. gratia, inquit : *Fecit mihi magna qui potens est, per hanc enim divinam gratiam singulare beneficium *divine preservationis à labore peccati originalis in ipsa mea Conceptione* recepi, quod soli Christo per naturam, & soli mihi inter homines cunctos per gratiam concessum. Per hanc omnem pulchritudinem ejusdem gratiae, quæ à pura creatura recipi potest, accepi &c. Vide alia ibi. Et libro 2. cap. 22. dubio 7. fol. 246. §. Letherus, de *éadem Virginis Conceptione agitatè.**

Item, in libro de *Fuga tempore pestis & bellii, &c.* lib. 1. dil. p. 2. quæst. 2. fol. 70. *Quod MARIA à nullo illustrium Virorum superatur.* Lib. impress. Venetij 1595. in 4.

S

SABBAS Sanctus, natione Græcus, qui fuit Author vel Collector Menæorum Græcorum & (ut dicitur) floruit ante, vel ad annum Christi Domini 450. In Rituali suo Hierosolymitano adducit pro *Conceptione Virginis MARIAE* Canonem Ecclesiasticum in festo S. Anna concipientis Dei Genitricem & sunt Odæ novem ex S. Andrea Creteni. Item, officium *Conceptionis Virginis MARIAE.* Item, die 25. Martii in Homilia de Annuntiatione, loquens de Dominicæ Incarnationis encomiis, sic inquit : *Quoniama verò decretum hoc suum tum ab ipso sathana, tum à celorum quoque virtutibus ignorari voluerat, primo quidem providentia singulari perfecit, ut sacra Virgo ab ipso vite sua principio tam omnino existaret pura, quam esse puram decebat illam, quam tanto bono, id est Christo, digna existaret.* Item, die 5. Maii Ode 3. de Sancta Irene Martyre, sic ad *Virginem MARIAM*: *Mors instar fluminis ruens apud te perdidit vires; quo sanè facto*

permot, primitias te immortalitatis vocamus. Item, die 4. Jun. de Sancto Metrophane Archiepisc. Constantinopolitano: Collaudemus radicem immortalitatis, paradisum ratione pollentem, atque totius orbis terrarum grandem thesaurum: in hac enim Virgine negotium mundi salvandi confectum est, similque singulis hominibus originalis peccati *venia parta.* Hæc verba aliquid faciunt pro V. puritate. Item, die 31. Martij Ode octava de S. Apacio Martyre: *Nimirum omnia tua, ô Genitrix Dei! conditionem humanam exceedunt.* Item, ibidem Ode 3. In te quippe mores innovantur, ac leges naturæ. Item, die 2. Julij Ode nona: *Tuam inexplicabilem gloriam, tuas item collatas tibi gratiæ dotes omni comparatione maiores, modulamur, &c.* Itē, die 20. Junij de S. Methodio: *Te novæ legis arcâ vocamus unâque novâ legis tabulam ab ipso Numinis sculptam, cui suum Deus Verbum inscripsit.* Item, die 4. Januarij Ode 3. de S. Theoctisto: *Tu palam designata es porta Solis ex alto progrelli, tu Thronus Regis excelsus, tu Scala sublimis & ad celos usque porrecta, per quam Christus à navis omnibus libera Virgo descendit.* Item, die 25. Martij Ode 3. & 4. sic Angelum introducit loquentem MARIAE: *Ego ex Angelis Deo adstantibus unus allegatus sum huc ad indicandam tibi voluntatem divinam. Quid me pertineat, ô nulli unquam nœvo subiecta?* Item, die 4. Januarij Ode 4. de Sancto Theoctisto: *Ad te dies noctesque, ô pra omnibus inculpati clamabo, &c.* Item, die 20 Februarij Ode 3. de S. Charalampio: *Tu omnium sanctissima peperisti Sanctum Sanctorum, planè pura sanctitatis domus.* Item, die 4. Januarij Ode 6. de S. Theoctisto: *Qui sola voluntate celum extendit, hic alterum te celum in terra produxit, ô Genitrix intaminata, &c. & prosequitur latè.* Item, die 3. Januarij Ode 3. de Sancto Geradio: *Nemo ut tu, Domina, inculpatus est aequè, nec prater te intaminatus quispiat, ô nœvo nulli subiecta!* Item, die 19. Januarij Ode 9. de S. Machario: *Tu, quæ creaturarum omnium Opificem procreasti, quidquid creatum est, supergressa es divinitate gloriæ tuæ, sanctitate & gratia.* Item, die 18. Januarij Ode 6. de Sancto Cyrillo: *De te enim sola publicè constat, quid ab aeterno munda exiit, ut quæ possidebas justitiae Solem.* Item, die 3. Jan. Ode 3. de S. Malachia: *In te, quæ nulli unquam culpe affinis fuisti, spem omnem meam, &c.* Item, die 1. Januarii, in precibus Matutinis: *O Domina nulli unquam reprehensioni obnoxia!* Item, die 29. Januarii Ode 6. Ex te sola, tanquam purissimo lilio in medio spinarum invento, uterum incolens tuum, sponsus ille tuus processit. Item, die 1. Januarii Ode 9. *Tu quæ ab omniis nœvo intacta.* Item, die 12. vel 10. Februarii, Ode 1. vel 5. Nam ab æterno propter splendorem integratatis & pulchritudinem virginalem, ac demum propter charismata seu gratia dona, quæ te ab omni nœvo immunem fecerunt, manifestè sola fusti digna tanti partus honore. Item, die 3. Januarii Ode 9. de S. Syndetica. In te primi parentis substitit lapsus, ultra pergendi facultatem sublata. Item, die 2. Januarii, Ode 5. sic ad Virginem MARIAM loquitur: *Salve ô cadentis mundi erectrix, nulli unquam culpe subiecta.* Item, die 3. Januarii Ode 9. de S. Malachia, dum Deiparam cum arbore vitæ sic comparat: *Maturas vitæ fruges ex te carpo, nil damni à ligno scientiæ paflus.* Tu enim ô macularum omnium expellit ligno vitæ simillima, non alium nobis fructum germinasti, quam Christum,